# ORIGINES POMERANICAS





Clariss. Virorum,

nec non

XXIV. DIPLOMATA VETUSTA

Patriæ antiquitates illustrantia,
antehac nunquam typis evulgata,
cum

Notis & Animadversionibus

Historico - Politicis, maximam partem Jus Publ. atq; Feudale Pomeranicum, Tabulas Progonologicas ultimorum Pomeraniæ Principum, Vitas & præcipuas res gestas omnium Episcoporum Camminensium, itemq; Familiarum Nobil. quæ in Pomeraniâ esse desierunt, laterculum complectentibus,

Necessariis adjectis Indicibus,

exhibet

Opera & Studium

MARTINI RANGONIS.

---

*Cassiod. 8. Variar. Orat. 7.*

Perdius ac pernox Patrum Memorias revolve: scrutare Gentis Tuæ cunabula: Res gestas & Annalium Monumenta observa. Turpe enim est, in Patria sua peregrinum agere.

---

COLBERGAE
Excudebat GEORGIUS BOTHIUS, Senatus Typographus 1684.

REVERENDISSIMIS, ILLUSTRIBUS, GENEROSISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS, MAGNIFICIS, PRÆNOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS atq; Consultissimis

AVGVSTI REGIMINIS ELECTORALIS POMERANIÆ atq; PRINCIPATUS CAMMINENSIS

DNNN.

DN. CANCELLARIO atq; CONSILIARIIS eminentissimis,



ut et

ORDINIBVS ET STATIBVS PROVINCIALIBUS

DNNN.

PRÆLATIS
EQVITIBUS atq;
CIVITATIBUS IMMEDIATIS
maximè inclutis

DOMINIS, EVERGETIS, MECœNATIBUS & FAUTORIBUS æstumatissimis.

Generis splendore florentissimis.
Rerum gerendarum Magistris optumis & felicissimis.

Sa-

Sapientiæ & rarissimarum virtutum possessoribus augustis.

Bonarum artium literarumq; Nutritoribus & Conservatoribus almis.

Justitiæ & Libertatis Propugnatoribus fortissimis,

CEleberrimorum Virorum de Originibus Pomeranicis libellos junctim in Pomeraniâ edituro, quibus doctissimas istas pagellas consecrem atq; offeram, religio mihi est animi pendere. Properant enim sponte ad VOS, DOMINI, & quicquid sperare patrocinij poterint uspiam, à vestro favore submissè petunt. Estis quippe Pomeraniæ nostræ Proceres, omnemq; Reipubl. statum moderamini atq; ordinatis. Qvo in fastigio hoc proprium vobis, ut sic rerum disponatis arbitria, Reiq; publicæ sic dirigatis clavum, ut felici curâ vestrâ, nec in scopulos impingant illi, qui oberrant, nec in vada incidant, qui fluctuant. Ita fit, ut ex omni tempestate felicissimè servetis Reipubl. navem, ac sacro quodam vinculo jungatis Ecclesiastica & Secularia, adeoq; sacra & prophana.

Deinde DIPLOMATA illa vetusta, & quicquid Notarum à me adjectum, in fundo POMERANIÆ nata sunt, adeoq; gentilitio jure, quale qvale, quod per junctam editionem illis à me accessit laboris & operæ, sine pudore nemini alteri potuit offerri.

Su-

Suſcipite igitur, PATRIÆ PATRES faventisſimi, ſerenâ fronte, qvod VESTRUM eſt, qualicunq; operâ meâ ab interitu vindicatum ſtudioq; & labore meo annotatum, & gratiæ Veſtræ favonio meis conatibus, qvod devotè anhelo, aſpirare ne dedignemini.

DEUS OPT. MAX. cum Serenisſimo PRINCIPE ELECTORE noſtro, Cœſarum Regumq; iſto ſangvine, cum celſisſimâ Familiâ atq; totâ Patria noſtra, Vos, DOMINOS,

Quorum Præſidio reguntur Arces,
Quorum Præſidio teguntur Urbes,
Quorum ſubſidio juvantur Omnes;

res & ſpes veſtras, PRINCIPIS & PATRIÆ bono, atq; Reipublicæ literariæ emolumento, in his motibus & turbis diutisſimè ſervet incolumes. Dabam Colbergæ, Cal. Jul. Anno Æræ Chriſtiadum M.DC.LXXXIV.

VVVV. Rever. Illuſtr. Generoſ. Excellent. Nobil. & Amplitud.

devotisſimus

MARTINUS RANGO.

Ad

# LECTOREM

*Præfatio.*

Exhibeo Tibi, LECTOR honorande, hisce pagellis ORIGINES POMERANICAS Clarissimorum Virorum Dn. Conrad-Samuelis Schurtzfleisch/ Academiæ Wittebergensis; nec-non Dn. Christophori Hartknoch/ Amici mei integerrimi, Gymnasij Thoruniensis Professorum Publ. optimè meritorum, quibus addere volui Nobilissimi Gente & Mente Viri Dn. Egidij van der Mylen/ Serenissimi Electoris Brandenburgici Secretarij dignissimi, Cognati mei devenerandi, optimi Patris optimi Filii, ANTIQUAM POMERANORUM REMPUBLICAM.

Exhibeo quoq; DIPLOMATA ista VETUSTA, Patriæ Antiquitates quàm maximè illustrantia, antehac nunquam Typis exscripta; quibus adjeci Notas & Animadversiones Historico-Politicas & ad Jus Publicum & Feudale Pomeranicum pertinentes, ubi ad primum Diploma Episcopatus Iulinensis seu Pomeranici, qui postquam Camminum translatus est, Camminensis dictus fuit, historiam ab Originibus breviter repetitam & ad nostra usque tempora, ubi A. C. *1648* in secularem statum & A. C. *1669* in Principatum conversus est, continuatam. Ne actum agere videar, non exscribo hic prolixè, quæ apud Historicos, qui res Pomeranicas vel tetigerunt, vel ex professo & multis tradiderunt, subinde observantur, & in plurium manibus sunt. Animadversiones meæ sub manu & calamo fervente sunt natæ & vix revisæ, nisi è Typograghéo redditæ, quo emendentur, Officij enim ratio & negotiorum laborumq; cumulus limam addere prohibuerunt. Quæ autem scripsi, dextrè & ut vel in antiquis membranis habentur, vel ab Amicis communicata sunt, tradidi. Addidissem plura, ni certis de causis prætereunda fuissent. Si L. B. alia, quæ antiquitatem Patriæ sapiunt, ad manus sunt, ea liberaliter mecum communicanda peto, ut in simili bono publico edi possint.



De

De erratis Typographicis, extremùm hoc moneo & peto, ut unusquisq; sibi sit Aristarchus, licet enim Argus quis sit, Tiresias tamen erit, si omnia illa, quæ quandoq; à Typothetis confunduntur, notare & emendare velit. Interim σφάλματα extantiora, quæ è relectione tumultuariâ notare potui, subjungo.

| Pag. | lin. | | | |
|---|---|---|---|---|
| 26. | 2. | perfectura | *lege* | Præfectura. |
| 31 | 23 | Hollandiam | | Hallandiam |
| 76 | 11 | Boleslaus | | Bogislaus. |
| 127 | 6 | singulis quæ | | singulisq; |
| 128 | 8 | Henricus | | Henningus |
| 138 | 7 | Cathedralis& | | Cathedralis Camin. & |
| 145 | 22 | 1661. | | 1669 |
| 170 | 15 | lib. 7. | | lib. 8. pag. 492 |
| ibid. | | | *adde* | 1363. |
| 199 | 3 | Clontens. | *lege* | Clotens. |
| 228 | 4 | hi | | in |
| 242 | 15 | infra | | supra |
| 258 | penult. | CRYo | | CRoYo |
| 273 | 2 | | *adde* | Fleming/ Often/ Manteuffel. |
| ibid. | 21 *post* | Vedelorum | *adde* | Devitij fuerunt Comites de Fürstenberg. |
| 274 | 26 | *dele Verba hic præcedentia.* | | |
| 340 | 4 | rogari | | erogari. |

Reliqua leviora, si quæ occurrent errata, benevolus Lector ipse corriget.

*DOMINUS nobiscum.*

Ad

*Ad*

Colbergensium Polyhistorem Pomeranicæq; historiæ investigatorem peritissimum atq; diligentissimum,

VIRUM NOBILISSIMUM, AMPLISSIMUM atq; CONSULTISSIMUM

DN. MARTINUM RANGONEM,

Electoralis Archi-Dicasterii Pomeran. celebrioris notæ Advocatum, & Reipubl. Colb. Senatorem atq; Scholarcham spectatissimum;

*Cùm Origines atq; Diplomata Pomeranica insignibus à se Commentariis illustrata in lucem ederet.*

QUod monumenta docent veterum libriq; recentûm
De rebus gestis, orbis in ore viget.
Cetera, quæ non sunt scriptis comprensa Virorum
Doctorum, longâ nocte sepulta jacent.
Inde merent laudem res gestas ritè notantes,
Ut miremur eas posteritasq; legat.
Nec minimâ RANGO, CLARISSIMUS ILLE VIRORUM,
Dignus laude, Themis quemq; Minerva colunt.
Nam *Patriæ Historiæ Cultor, Scrutator & Auctor
Excellens* audit *Lux patriiq; soli.*
Res loquitur: quid opus verbis? est testis abundans
Hic liber, evulgat quem studiosa manus.
Hic Pomeranus habet, quod nosse perutile gestum,
Hicq; Peregrinus, quo recreetur, habet.
Pro studio tali multum Tibi Patria debet,
Applauditq; Sophûm docta caterva Virûm.
Orbis donec erit, RANGONIS SCRIPTA manebunt,
Ac Ipsum celebrem fama loquetur anus.

*Inter Occupationes fus.*

*à*

Christiano Knittelio,
Poët. L. & D. E. Advoc.

# CONRAD-SAMVELIS SCHVRTZFLEISCH Viri CLmi ORIGINES POMERANICÆ

## I. SCRIPTORES

QVorum Teſtimonia adferuntur, vel reſpiciunt illas regiones, quas hodie Pomerani colunt, in quantum à Vandalis, Svevis, ad Gothorum usque limites tenebantur; ubi multo apud me loco ſunt Strabo, Pomponius Mela, Plinius major, Tacitus, Ptolomæus: Vel in quantum à Venedis, Vandalorum, Svevorum, Carinorum ſucceſſoribus habitatæ ſunt, in quibus cognoſcendis excelluit induſtria Iornandis, cum quo conjungere licet Procopium, Theophylactum Simocattam, quanquam Procopius ratione eorum, quæ prodidit de Vandalis, adjungendus eſt primæ claſſi, eodemq; reſpectu Zoſimus; at quatenus memorat de Slavinis, ad alteram pertinet, accedentibus ex medio ævo aliis, quorum fides atque diligentia nulla cujusquam commendatione egent, interq; hos ſunt Adamus Bremenſis, præcipuè Helmoldus, poſt eos ex XIII. Seculo Conradus Urſpergenſis, Albertus Staden-



ſis,

ſis, auctor anonymus Eccleſiaſtici tabularii Bambergenſis, cujus apud omnes bene ſentientes per magnum momentum eſt. VVitichindus Slavos VVollinenſes, Redarios, illiusque in hac parte ſimilis Ditmarus Epiſcopus ſive generatim Slavos, ſive ſpeciatim Redariorum quandoque nomine expreſſos commemorat, nondum in conſvetudinem recepto vocabulo Pomeranorum. Vel in quantum, præter Venedos, referunt advenas recentiores, exempli gratia Saxones, quorum hiſtoriam omni diligentia proſequuntur, qui ab Sec. XV. usque ad noſtrum res Pomeranorum ſive univerſè, ſive ſigillatim quorundam, aut ſaltem inſigniorum locorum complectuntur.

2. Faciunt inſuper ad hoc inſtitutum ſcriptores exteri, præſertim Danicarum rerum intelligentes, cujusmodi ſunt Io. Iſacius Pontanus, admirandæ vir induſtriæ, Nicolaus Helvaderus, unde expediamus pleraſque lites finium regundorum, ex Polonis Pruſſisque Alexander Gvagninus, Martinus Polonus, Michovius, Caspar Schutzius, ex Marchicis non præter rem addentur A. Angelus Struthiomontanus, Entzelius, & ſimiles,

3. Inter Chronica domeſtica laudem habent Stetinenſe, Gryphiswaldenſe, quorum illud magnopere expetunt eruditi, & commutato nomine vocant Iacobæum, atque eo loco habent, quo non facile ullum aliud. Neque hic neſcimus Pauli Fridebornii, qui Crantzium & Ioblienium quandoque, ac merito, notat, Chronicon Stetinenſe, & quod Otto Ramminus ſcripſit ad decus hujus urbis. Ad Stralesundica omnes nervos atque induſtriam contulit Zacharias Orthus carmine non inerudito.

4. Ex reliquis, qui huc attulerunt operam, alii aliis magis ingenio, otio, monumentisque abundarunt, inter quos non mediocri laude dignos ſe præſtiterunt Pomarius, & qui hunc perliberali teſtimonio laudat ſequiturque Cramerus, tum verò præter hos & pleriqueante in eo genere amplexi diligentiam ſunt Iohannes Pomeranus, vero cognomine Bugenhagius, Petrus Artopæus, ille Zeillero, hic Munſtero laudatus editusque, Valentinus Eickſtadius (al. ab Eickſteten) qui in recondita rerum tabularumq; ſanctiorum Pomeraniæ notitia facilè familiam ducit, Thomas Kantzovius, Ioachimus VVede-

VVedelius, Nicolaus Mareschalcus, quorum annales atque chronica multùm curæ laborisque cum judicio suscepti præ se ferunt, nec omittendi sunt Ioach. Balckius, Melch. Nehelius, VVintherus, quorum iste Chr. rhytmico celebris, hi nomine historiæ civilis majorem fructum præbent: demum instar omnium esse potest Iohannes Micrælius, qui qvum in reliquis, quæ condidit operibus, nomina auctorum quibus usus est, prætermisisset, hic velut sub uno aspectu præcipuos ponit, & annos atque acta pulchrè diligenterque contendit.

5. Nec nihil hic assecuti sunt Saxonici scriptores, præsertim Crantzius, Dav. Chytræus, quiq; cum his in eodem studio versatus est in Svevia Martinus Zeillerus, de Rugis etiam multa eruit Iohannes Regkmannus in Chron. Lubecens.

6. Episcopatus Caminensis, qui ab eo tempore, quo Pomerania imperio, ipse Pomeraniæ olim sine singulari Ordinis imperii jure ac dignitate innexus est, historia constat ex P VVuja, conf. H. Conringius annot. ad Lampad. p. 311. & Sprenger in Lucern. p. 288.

7. Tabulæ Principum stirpis, quæ Gryphorum dicitur, sive confectæ, sive illustratæ sunt à Davide Chytræo, Hier Henninges, Ant. Albitzio, unde Duces Pomeraniæ descripsit Gvaltherius Belga in Chronico Chronicorum Polit. à p. 1064. usque ad 1068. Iohanne Engelberto, Io. Butovio, Mart. Marstallero, Rudolpho Diepholdo, curante Henrico Sannemanno, Andr. Hiltebrando, Elia Reusnero, Petro Bertio, Gabriele Bucelino, Nicolao Rittershusio, Tobia VVagnero, Ph. Iac. Spenero, & id genus aliis, qui tabulas genealogicas reliquerunt.

8. Tabulam Pomeraniæ Geographicam publicâ autoritate composuit Eilhardus Lubinus, perinde ut Prusicam Caspar Hennebergerus, de quo aliàs diximus.

9 Proximum his est, ut tradamus de terræ ingenio atque opibus, quæ ex solo proveniunt, sed qvum id jam dudum factum sit ab aliis, nunc satis habeamus nominare Severinum Göbelium, qui de electro, unde post Prusiam Pomerania celebratur, copiosè explanateque disseruit.

10. De actis Pomeraniæ novissimis graviter & egregiè com-

mentatus est Bogisl·us Philippus Kemnitz, qvippe tabulariis Svedicis & commentariis Ochsenstirnianis usus, atque ex eo Hermannides & Zeillerus, tum Adolphus Brachelius & Christianus Adolphus Thuldenus, sed uterque interdum studio partium obnoxius, hic verò magis, & rectè à Io. Loccenio castigatus, ac præterea impar stylo, nequid addam de Io. Micrælio & Io. Clu-vero: reliqua sciri à quolibet, & colligi ex Theatro Europæo possunt.

## I.

Pomerani, quatenus ad memoriam posteritatis pertinent, longis inter Viadrum Vistulamque sedibus positi, *a* unde hoc nomen adepti sint, *b* priùs caussam & modum, qvàm quas res gesserint, tradam, tradere autem induxi neque ad invidiam, neque in gratiam gentis.

a *Testes sunt non leves, iique minimè pauci, & studio diligentiaque consecuti, ut plurimum ipsis tribuatur. Jornandes ab seculo VI. scriptor suffragatur, & fidem facit, Venedos, quorum pars Pomerani sunt,* ab ortu Vistulæ fluminis per immensa spatia venisse, ac freqventissimo numero illic consedisse. *Vistula ergo aut est principium, aut terminus numerandi Pomeranos: illo modo, qui Iornandis instituto respondet, Slavos cis-Oderanos, hos trans-Oderanos vocabimus, qui pertinet ad mentem scriptoris scholiorum in Adamum Bremensem, quemque declaravimus in dissertatione de rebus Pruss. Not. ad* §. *2. Spectat huc tabula Germaniæ in recensione Ptolomæi Munsteriana. De Procopio, qui eodem seculo prodidit de Slavis, cujusquè editio Hœscheliana apud me est, vid. Jo. Matth. à Sudetis. Adamus Bremensis exploratissimæ vir industriæ, & magnæ apud nos autoritatis Hist. Eccles. l. 1. cap. 13. graviter affirmat,* Oddoram vergere in Boream, ac transire per medios Vinulorum populos, donec perveniat ad jumnem, ubi *POMERANOS* dividat à VViltzis. *Ea-*

*Eadem verba exscribunt Helmoldus, cujus tamen in rebus Slavicis insignis opera atque multa cura est, l. 1. cap. 2 quo de Pomeranis tradit, & Albertus Crantzius Vandal. l. 2. cap. 19. Credoquè hinc factum, quod Odera appelletur ditissimus amnis Slavicæ regionis: ibidem. Sed magis se explicat Helmoldus lib. eod. rer. Slav. cap. 40. quùm refert,* Pomeranos habitare inter Oderam & Poloniam. *Consentit Daniel Cramerus in Chr. Pom. Eccles. l. 1. cap. 1. collat. cum cap 9. cujus eruditionem auxit ornavitq; David Chytræus, vir pro merito laudandus, quanquam acerbè notatus ab Everardo Reidano, in parte Historiæ Batavæ. Conf. Jo. Micrælius in erudito Chronic. Pom. ex quo observamus 1. Pomeraniam Vandalo-Gotho-Teutonicam, cujusmodi fuit Pomponii Melæ, Pliniique avo, licet nondum sub Pomeraniæ nomine cognita. 2. Venedicam, sive VVendicam, à tempore Jornandis celebratam: 3. Saxonicam, ab advenis Saxonibus appellatam. Ut rectè existimet Martinus Zeillerus in descript. ducat. Verd. p. 552 non VVendos, sed VVandalos primùm habitasse has oras, tametsi Crantzius utrosque identidem confundit, ut ostendisse nos cogitamus, cum edisseremus res Slavicas. Ac utinam eo melius expedivisset hæc Jo. Henr. Alstedius Chronolog p. mih. 208.*

*b Petrus Artopæus arbitratur in descriptione Pomer. vocabulum esse VVendicæ originis:* Pomerania, *inquit,* ad mare Balticum sita, à primis cultoribus patria lingva, hoc est, Vandalica, Pomorzi appellata. *Sed perperam hic commutat rationes Vandalicæ & Venedicæ lingvæ, si, ut exponit Johannes Ravv VVesteranus in Cosmograph. descript. Pomeran. p. 484. more Kranziano loquitur Artopæus. Ne nunc addam, non ferendum esse, quòd Vandalos eâ significatione, qua Venedos per errorem interpretatur vulgus, indigenas, sive Aborigines ipse nominet, eò quòd nemo sit, qui non intelligat, Venedos advenas nominandos fuisse. Chronicon Cario-Peucerianum l. 4. p. 413. ratione derivandi Germanicâ assequi hoc studet, confirmatquè Pomeranos quasi* maris accolas *dictos esse. Amplectiturque hanc sententiam inter alios David Chytræus in Vandal p. 4. nec quicquam impedit, ut sequamur. Sunt tamen, qui malint à situ littorali, quem exprimit vetus Saxonicum Marsch, ita cognominatos. Eò conf. Rein. Reineccius in histor. de VViperto, Fournier Geograph. l. 3 c. 11. & Jo. Micral. in Chron. Pom. Quod reliqvum est, nomen Pomeranorum nus-*

quam mihi obvium est ante sec. XI. VVitechindus Corbeiensis annal. Sax. 1 Ditmarus Merseburgensis meminerunt Redariorum, qui tractum, ubi hodie Stargardia est, incoluerunt: nec contra me sentit Kranzius Vandal l. 3. cap. 4. qui Rethram, quam Adamus Bremensis l. 2. cap. 11. sedem superstitionis impiique cultus idoli Radegast nuncupat, Stargardiam exponit. De Karolovingico avo omnis posteritas in manibus habet Chronica, annales, diplomata, in quibus nil est invenire de vocabulo Pomeranorum: Occurrunt Abotriti, Sorabi, Hevelli, VVilzi, cumque his Smeldingi, sive Simeldingi & Linoves, seu Linones, A. Franc. Pith. ad A. 808. & scriptor Vita Kar. M. p 271. Suurbi, ib. p. 255. sed de Pomeranis nil scio, quod occurrat. Neque est, cur aliter existimem de seculo, quod proximum est, nisi tamen omnis cura, qua in hoc excutiendo usus sum, me fallit: fulcitque sententiam hanc, quod Pomerania insignior portio Slavania usque ad Penem fl. dicta sit, Alb. Stad. ad A. 971. idem ad A. 984. VVinulos memorat, quorum primos vocat Pomeranos sua atate Helmoldus l. 1. cap. 2. Nec multò post Slavos subjicit Stadensis, altum verò ibi silentium est de Pomeranis. Quod minimè graviter ferendum est, siquidem id subinde in aliis gentibus, & qua ab una stirpe descendunt, usu venire cognitum habeamus. Damus Alberto VVijukio Kojalovvitzio eos, qui olim Alani dicti sunt, nunc dici Lithuanos: nil tamen in hoc genere neque vetustati, neque laudi gentis decedit, si multo recentius, atque opinatur Kojalovvicz, nomen hoc asseramus: planè ut nec Polonorum modestia displicere potest, quod serius ceperit vocabulum hoc, quanquam non ignoro, aliquos vehementer laborare, quo Lycophronis Strabonisque Πόλαι exponantur hodie, qui Polonorum nomen ferunt: Georg. Hornius prafat. ad lector. super Boxhornii origines Gallic. Id saltem extra controversiam est, POLONORUM, quatenus hoc modo expressorum, nomen esse saltem medii avi: vid. Lineamenta Sarmatica nostra edit. noviss. De vocabulo Slavorum, de quo aliàs pronunciavimus, vid. Alex Gvagninus Sarmat. Europ. At verò non attinet hac declarari magis, qui non dubitemus amplius, sub tempus Henrici IV. Imp. invaluisse hoc nomen. & Seculo XII. usu magis tritum ad posteros dimanasse. Theodorus Engelhusius Chron. p. 169. ante Rujaniam (rectiùs Rugiam) item Vandaliam dictam fuisse admonet, sed explanatius loqui debuit, & discernere migrationes, quibus commutatio nominum induc-

cta

*cta est. Jornandis Thurcilingos VVolfg. Lazius interpretatur Rugos, de migrat. l. 9. p. 643 Verùm non exquisitè, quia Jornandes Rugos & Thurcilingos distingvit lib. de success. regnor. Convenit mihi tamen cum Lazio in ea parte, qua spectatur una atque eadem Teutonica origo, neque abnuo societate migrationis innui propinquitatem finium: Jornand. d. lib. p. 59. De Rugis liqvet ex Tacito de M. G. 43. De Thurcilingis colligitur ex Jornande, quos tamen cum Thuringis non licet confundere, quùm Jornandes jam tum suo ævo hos ab se invicem distingvat, vid. de reb Get. p. 142 Vocabulum Herulorum evolvit in annalibus Nicolaus Mareschalcus. Pometia, cujus meminit Marianus Scotus l. 1. ætat. 5. p. 129. cum nostra Pomerania nil commune habet.*

2. Non quæram longiùs, quod scribere institui, & spectabo inprimis mores, quibus composuerunt vitam, simplices quidem, & ideò procul fraude, (c) ac planè tales, ut neque odio facilè, nec ambitione laborarent, præterea ita probi ingenuique essent, ut posteris quoque inveterata harum virtutum opinio verterit in laudem, hosque etiamnum incitet exemplo, qvum videant, qvam imitandi viam atque rationem à majoribus acceperint, præsertim in eo laudis genere, quod ad servandam fidem, ac præstanda hospitibus officia spectat.

(c) *Cum varia testimonia oculis contemplor, tùm præcipuè illud Helmoldi, cujus & insigne judicium, & gravis in hac rem sententia est, rer. Slav. l 1. cap. 2. qui tantum honorem atque ornamenta Pomeranis tribuit, ut qvis suspicari possit, falsis laudibus ornare voluisse.* Moribus, *inquit,* & hospitalitate nulla gens honestior, aut benignior potuit inveniri. *Quod de moribus dicit, vix est, ut existimem, pertinere ad omnes morum virtutes. Exstat scriptor antiqvus, & fide dignus testis, qui comprobat, Julin, quod celebre olim hujus gentis oppidum fuit, cives crudeles atque barbaros fuisse. Neque id tantùm de Julinensibus, sed etiam de Pomeranis veteribus, non dicam in universum, sed generatim tamen & sine adjectione affirmant tabulæ Ecclesiasticæ Bambergenses, quarum autoritas multum apud me valet, & vel eo argumento probatur quam maximè, quod Otto Episcopus Bambergensis morum gentis optimè conscius, & sacrorum ibidem faustissimus præco, iis materiam suppeditaverit, de quo vid. Conradus Urspergensis ad A. 1024. edit. Argentorat. Abb. Stad. ad A. C. 1118. Atqui verò*

*rò iis continentur sequentia:* adiit (*Otto Ep.*) gentem Pomeranorum, gentem trucem, gentem amaram, & idiolatricam, quibus pro lege est capitum sensualitas, & religionis horror. *Conf. Cramerus l. 1. cap. 14. Caterùm quod hospitalitatem concernit, praclarè cognitum habeo, communem hanc cum Germanis laudem habuisse, de quibus est apud Julium Casarem de bell. Gallic. l. 6. & Tacitum de M. G cap 21. Ut hoc indicium sit, Helmoldum eas virtutes, qua inter caeteras quasi familiam ducunt, attingere hic, & in populo alioqui natione & vita insigniter barbaro significantius exprimere voluisse, cujusmodi tradit hospitalitatem, benignitatem, & qua cum his cognationem habent, fidem, ac veracitatem, quarum sicut egregium apud ipsos studium fuit, ita aequum erat, eo respectu laudari, tametsi in quantum crudeles memorantur, justam apud alios reprehensionem incurrant.*

3. Cum sacra facerent, usque eò religione (*d*) tacti animi erant, ut numina, quæ superstitio finxerat, semper vocarent in partem, quærerentq; oraculis rerum gerendarum auctores: ab Radegasto (*e*) precabantur victorias, errore antiquo, & ad Obotritos quoque, qui nunc Mecklenburgici dicuntur, perlato: Zuantevithi opem invocabant Rugi, (*f*) ac si aut imminentis periculi sensus esset, aut petendum auspicium foret, responsum ab eo certissimum, & ad omen futurorum pertinens expectabant, nullo neque solenni omisso, neque ceremoniis neglectis, quibus hunc placarent, quoque major veneratio esset, cæsam ex sangvine Christiano victimam, offerebant, ut una opera & litarent impio simulacro, & odium saturarent, in Christianos. De wolgastensibus (*g*) quorum in parte cultus comperta obstinatio est, traditur, Herovietum Barovietumque habuisse, quos divinis honoribus afficerent, atque eorum benignitate omnia consequi posse se, speravisse, alterique bellorum, alteri opum commerciorumque curam tribuisse.

(*d*) *Nefas erat, vel prope ambitum fanorum, qua inauguratò publicis religionibus ceremoniisque condita erant, moliri aliquid temere, aut facere, prater decorum solennis, quid ibi peragebatur sacri. Apertè Helmoldus,* mira reverentia circa fani diligentiam affecti sunt, *& paulo post*, neque ambitum, *inquit,* fani vel in hostibus temerari patiuntur : *l. 1. cap. 52. Exemplo est Bernhardus Eremita Hispanus, qui quod impii ritus Pomerano-*

*norum indignatione incensus, securi verberaret templi ararumque postes, duriter habitus, fustibusq; pene contusus, ægrè vitam fugâ servavit. Cramerus lib. 1. cap. 11. Ignominiosissimum supplicii, quo sectæ religionisque suæ adversarios mulctabant, genus fuit crux, cui affigebantur Christiani, ut miserabili funestoqve spectaculo referrent Christum, autorem sui nominis, cui id probro datum esse, facilè intelligamus ex Helmoldo, loc. all. Propterea Otto Episcopus Bambergensis ex Pomerania redux, Pomeranos vocavit barbaros, truces, idololatras, Christi hostes, memor laboris, quem impenderat in reducendam pertinacissimam gentem, quæ jam duabus vicibus deficerat, ut colligit ex Alberto Crantzio Elias Reusnerus Isagog. ad A. 1124. Quo factum est, ut Otto Pomeranorum apostolus diceretur, quod evincere est ex Præsulum Bambergensium, qui hoc titulo illum augent, epistola, anno, ut pro vero accipimus, 1121. post Christum natum scripta. Boleslaus Dux Polonorum aliis literis, quæ apud Cramerum l. 1 cap. 13. extant, crudam Pomeranorum barbariem perstringit: & diu ante eum Helmoldus ingenitam genti crudelitatem, ac saturari nesciam exaggerat, l. 1. cap. 52. illo ipso etiam Thraces, de quibus prodiait Florus l. 3. cap 4. Germanosqve veteres, ut ex Tacito constat, imitatam, quod humanis hostiis litaret, velut est apud Helmold. d. l.*

(c) *Cur ita sentiam, causa est, quòd Helmoldus referat argumentum victoriæ fuisse, si, dum rem divinam facerent, sacrificia addidissent honori Radegasti, 1. cap 23. Crantzius Vandal. l. 4. cap. penult. Unde minimè dubium est, huic supplicasse, qvùm victorias peterent, siquidem eidem litarent, si victorias obtinuissent. Consentit Ditmarus Episcopus, qui Rethram, quam ipse Riedegastum vocat, à bellaturis salutatam, & à prosperè reversis præmiis honoratam confirmat, l. 6. p. 136. Quod qvin ad Radegastiani idoli, quod illic positum erat, cultum pertineat, non est temerè ambigendum. Neque saltem Obotritorum, sed etiam Riadurorum (Redariorum) hoc sacrum fuisse, nullo negotio elicias ex Helmoldo l. 1. cap. 52. & lib. eod. cap. 2. c. 21. c 23. Redarii enim procul dubio accensentur Pomeranis, & Rhetre velut horum metropolis memoratur. Imago atque effigies Radegasti, qualem exhibuit doctissimus popularis meus H. Bangertus, vid. inter annotat. ad Helmold. l. 1. cap. 52. Conf. Cram. l. 1. cap. 32. Io. Georg. Schoch in summar. Chron. Lipsiens. p. 44. Paulus Frideborn à profano hoc*

*impioqve cultu derivat VVendo-Pomeranicæ gentis clades atque excidia, Actor. Stetinens. p. 7.*

(f) *Eò legi potest, qvi hujus sententiæ auctor est Helmoldus l. 1. cap. 52. collat. cum lib. 2. cap. 12. cujus mentem rectè asseqvitur, licet verba paulò aliter qvandoq; referat Cramerus l. 1. H E. cap. 41. addatur Io. Micralius Chron. Pomer. l. 2. p. 166. Qvod Suantevithi [al. Zuantevithi] vocabulum documento est, qvantum valeat superstitiosa æmulatio, cujus specimen est apud Ruges, qvi obliterato, qvem Monachi Corbejenses induxerant, diviniori cultu, Viti, cujus tanqvam Corbejæ Patroni extare hic memoria debuit, producebant nomen, & seqvendo literarum vestigia, materiam sumebant augendæ superstitioni, ut post Helmoldum longè exposuerunt novitii iiqve domestici rerum Pomeranicar. Scriptores.*

(g) *A Rugis, opinor, traditus qvasi per manus error est: interim de confictis his Numinibus agit in compend. Histor. Ecclesi. Pom. l. 1. c. 32.*

4. Sed qvia cæpi commemorare, unde antiqva gentis religio illustratur, opportunum existimo, reddere ex publicis commentariis, qvid sit, qvòd tam serò ipsa mansvefacta fuerit, & perducta ad Christianorum partes, curqve ex tam magno temporis intervallo post Saxones pervenerit ad societatem melioris cultus; non modò qvòd hæc qvæstio dudum edita est in vulgus, sed etiam, qvia multa hinc pendent, qvæ alibi consultò, hic nonnisi negligenter prætermittam.

5. Principiò arguam obstinationem, qvâ diu stetit superstitio hujus populi, & eò majora incrementa cepit, qvòd Christiani, qvi arma huc ferebant, non perinde in religionis propagandæ, qvam prædæ agendæ spem erecti, (h) multa avarè insolenterqve facerent, jactato qvidem iure in speciem causæ, sed opere ita dissimili contrarioqve verbis exemplo, ut grassarentur licentiùs subinde, & turpiùs expilarent. Illud verò gravissimum inter has qverelas erat, qvòd, qvum tam immodica tributa (i) imponerent nostri, non videri possent consulere pietati, qvi aliorum damna in suas utilitates verterent, qviqve hoc animo essent, ut saltem ditarentur ex incommodis suis. Præterea mores furantium (k) odio erant, & qvia ignoti inter ipsos, invidiam nomini Christiano maximam excitabant; his malis accedebat, qvòd tot dissidiis consumerent se ipsos, nec magis rempublicam, qvàm eos

eos, inter qvos in una republica omnis divini humaniqve juris communicatio erat, perderent, ac certè in præcipitem casum darent. Quo rerum statu hæc mens Pomeranis erat, discedendum ab horum societate esse, qvi talia admitterent, qvorum auctores neqve ferrent inter suos, & multis modis aversarentur.

(h) *Ita cum pecunia, qvàm Pomeranorum Christo initiandorum studiosiores essent Christiani, valde stiterunt cursum cœlestis verbi, ac non modò de sua laude detraxerunt, sed etiam, quæ apud barbaros moribus lenitate mixtis efficere poterant, neglexerunt. Helmoldus accusat finitimos Saxones, ut qvibus belli laborisqve auctoramentum avaritia fuerit, l. 1. cap. 18. & 21. Nec tamen diffitendum est, belli more hæc talia facta excusari, tantò magis, qvòd Pomeranorum sævitia iram Saxonibus excitasset. qvòd de Rugis annotavit Krantzius Vandal l. 3. cap. 23. 24. qvanqvam non ignoro, eos immodicis exactionibus irritatos arripuisse sæviendi patrandæqve necis occasionem, ut ibidem est cap. 23.*

(i) *Adhuc sui similis est Helmoldus, qvi affirmat, neqve Dei honori, neqve lucrifaciendis Deo barbaris studuisse.* Semper, *inqvit*, proniores sunt tributis augmentandis, qvàm animabus Domino conqvirendis. *l. 1. cap. 21. Quæ Helmoldo, ut gnarus hic omnium & perinde fidelis scriptor fuit, non invidia expressit, sed conscientia facti alieni. Interim conf. Krantz. Vandal. l. 3. cap. 18. & l. 4. cap. 24.*

(k) *Cramerus l. 1. H. E. cap. 10. nil perinde ac furtum detestatos scribit. & qvod mireris, nec arcas, neq; armaria clausa habuisse, tum verò defugisse Christianorum societatem. qvòd apud eos omnia obsignata occlusaqve essent metu furum, qvos ibi esse acceperant. conf. W. id eod cap. 22. & Zeillerus in duc. Pomer. p. 580: qvi qvidem ex eo allegat in hanc rem caput nonum, qvùm decimum allegari oportuit. Qvod saltem indicio sit, Pomeranos suapte indole petiisse honesta, & ingenio magis, qvàm institutione cultos abstinuisse furtis, prodito à veteribus Scythis exemplo, qvi neqve alienum concupiscebant neqve furabantur, Iustinus II. 2, 5. 7. contra qvàm de Holsatis testatur Helmoldus l. 1. cap. 47. artem furandi illic* ostentationem *fuisse. Nec multum abfuerunt veteres Dani Norvvegiqve, apud qvos piraticam honori fuisse, alibi comprobavimus.*

(l) *Neqve hoc fingitur, sed iterùm animadvertitur, asseverante Hel-*

*moldo, Henricos bellis distractos, non potuisse intendere animos in tam salutare atque ad æterna profuturum opus. Qvum enim de Slavis tradit, horum* converſionem, *inqvit,* Henriciani Cæſares non modicè retardarunt, domeſticis videlicet prægravati: *l. 1. cap. 40. Qvod qvin vel maximè pertineat ad Pomeranos, nulli dubitamus, tùm propter ea, qvæ mox de Pomeranis subjicit Helmoldus. tùm ob historiæ Henricianæ contextum, tùm ob epistolam sacerdotum Bambergensium, qvi Ottonis Episcopi ex Pomerania reditum instantissimè flagitabant, propterea qvòd Henricus V. latè vastaret agrum Bambergensem, tùm qvòd Conrado III. regi Romanorum (vulgus imperatorem vocat contra indolem veteris styli Teutonici, inqvantum pragmatici) curati hujus sacri negotii laus tribuatur, Ubb. Emm. rer. Frisicar. hist. ad A. 1147. qvanqvam iste Vandalos pro Venedis haud scitè habet. Verùm mitius pronuntiandum est de Henricis, ut jam ante nos Monachus Italus Onuphrius Panvinius, qvippe qvi odiis Pontificum dissidiisqve Ordinum impediti, suscipere hoc propagandæ religionis munus neqviverunt. In qva parte & laudamus candorem Helmoldi, cum domesticis prægravatos scribit, & simul notamus qvalecunqve studii Pontificii auctoramentum, qvum 1. Cæsares, 2. Henricianos appellat: altero enim ex obliqvo saltem juri imperatorio detrahere videtur, altero innuere hæresin, si intelligat Henricianos notione Ecclesiastica, qva nomen ferunt ab Henrico IV. Imperatore, & postulantur criminis qvod dicitur Simonia, qvanqvam reverâ tantum convellebant injustum Pontificis dominatum: J H. Hottingerus Hist. Sacr. N.T. secul XII. p. 300. Diversi enim ab his sunt, qvi appellati sunt ab Henrico Tholosano, de qvibus videatur Jo. Gvalterius* Elench. *hæres. p. 538. Jo. Micrælius Syntagm. hist. Eccles. p. 765.*

6. Sed quamvis hæc & alia Pomeranorum animos exacerbasſent valde, jamqve alienaſſent * prope à Chriſtianis, qvò & fugerent horum ſocietatem, & inſectarentur mores, tamen effecit cura Polonorũ regis Boleslai Crivouſti, (*m*) atqve induſtria Ottonis Epiſcopi Bambergenſis, ut abſiſterent contumacibus inceptis, miſſumqve facerent barbarum ritum, ac Dei beneficio imbuerentur ſanctioribus doctrinis.

* *Etiam paupertas Christianorum sacerdotum invisa, contra pompæ splendorisq; admiratio fuit, Cromerus H. Eccl. 1. c. 11. & 16. collat. Qvod*

*alii*

*alii insolentiæ testimonium putant, alii cognoscendi, quod commercia atq; negotiationes imprimis ibi valuissent. Helmold. l. 1. cap. 2.*

(m) *Gabriel Bucelinus monachus VVeingartensis, idemque rerum VVelficarum; quarum prima initia scitè recensuit Jo. Baptista Pigna, Alfonsi II. Ferrariæ Ducis Cancellarius, peritissimus, nucl. part. 2. in chronolog. descript. rer. German. ad 1124. Henrico VVelfo, cui Nigri cognomen fuit juximque Ottoni Episcopo attribuit laudem collocatæ operæ in perducendis ad sacra nostra Pomeranis: Polonici verò pariter & Pomeranici scriptores cum Ottone Boleslaum nominant. VVartislaus tamen ante adventum Ottonis Ep. in Germania Christo nomen dedit, Cramerus l. 1. cap. 12. Pertinetq; huc expeditio sub tessera crucis, quæ non modò contra Saracenos, sed etiam contra Pomeranos atq; Mecklenburgicos suscepta est, ut post Slavicar. rerum scriptores annotat Micrælius l. 2. de vet. Pomer. VVend. p. 245. Sed optarem ego hic antiquos testes scriptoresque superesse, qui plenè juxta & fideliter hæc acta omnia, inquantum huc pertinent, consignavissent: sed quæ gravis Hermanni Conringii querela est, not. ad Lampad p. 189. destituunt Pomeranos domestici rerum veterum scriptores, & pauca sunt, quæ ex Saxonicis Polonicisque scriptoribus de iis colliguntur. Confer. Crantzius in Vand. l. 8. cap. 26. Nec verbum est, quod reperias de Pomeranicis Ecclesiis apud Adrianum Regenvolscium, qvùm longo volumine tradit origines successionesque Ecclesiarum Slavonicarum; nam & illæ ad has pertinent, & adeò prætermittendæ non erant, si permisisset institutum auctoris.*

(n) *Vid. post Urspergensem, Abbatem Stadensem, Alb. Crantzium, Jo. Duglossum, Salomon Neugebauer histor. rer. Polon in Boleslao III sive Crivousto, Abraham Bucholcer Ind. Chronol. ad A. 1124. Daniel Cramerus H E. l. 1 cap. 13. Qvanqvam verò Pomerani obfirmatis planè animis sub initium essent, victa tamen prius ipsorum pertinacia est, qvam Prussorum Livonorumqve. De illis vid. Micræl. Chron. lib. 2. p. 241. seq. De his Crantzius in Vandal. l. 6. cap 10. David Chytræus in Livon. p. 17. illud verò in extremo hujus commentationis ab ævo mythico repeto, atq; ex hoc opinor transiisse ad Slavos, sive ut Johannes Beka, primus ex Christianis rerum Batavarum scriptor vocat, Viltos, unde ortum Pomeranis vendicamus, qvòd duos Deos, alterum bonum, alterum malum, qui Zeerne-*

*boch nuncupatus est, crederent, Helmold. l. 1. cap. 52. simili prorsus errore quo Manes Persa multos infecit, de qvo vid. Eusebius, Epiphanius, Augustinus, postquam Manichaa secta nuncium misit: ut jure eum Leo M. Magistrum omnis detestandæ perversitatis appellaverit.*

7. Postqvam recensui, quæ ad sacra pertinent, eadem fide referam, qvicqvid de veteri Pomeraniæ statu accepi, qvamvis primordia, ùt reliqvarum ferè gentium, obscura sint, & paucis, neq; certis semper monumentis tradita: si tamen ultimas origines respicio, ac vetustissimos hujus terræ habitatores, Gothorum Vandalorumq; genus fuisse affirmabo: [o] simul ac verò hos incessit migrandi cupido, ut aris focisq; patriis relictis, discederent aliò, ac peterent Romanorum ditiones, Slavi, (p) qvibus ex Sarmatia facilis aditus erat, novam indolem moresq; in hanc regionem attulerunt, Slavicamq; lingvam in posteros transmiserunt (q) ad qvos profecti Saxones, hospitioq; usi, consvetudine sua paulatim emolliverunt, & lingva tandem ac legibus suis imbuerunt, & qvod Friderici Ænobarbi ævo publicis rebus conducebat, hortatu suo effecerunt, ut Pomerani amicitiâ, fide atq; officio parendi se conjungerent cum Germanis, (r) ultroq; jam iis accederent, qvorum odio antea flagraverant. [s] Ita in ditionem imperii volentes redacti, nec vi ulla, neq; armis compulsi, obseqvium erga imperatores constans servârunt, & pro lingva wendica Germanicam receperunt.

(o) *De Gothis, Vandalis, & utrorumq; accolis Svevis, qvatenus migratio illustravit, in compendio prodidit Isidorus Hispalensis, fermè princeps inter seculi VII scriptores. Mihi hoc loco satis sit attingere, qvi approbare volunt migrasse qvidem illos populos, & adiisse alienas terras, sed mansisse tamen Aboriginum reliquias aliqvot, & à stirpe veteri servatas duravisse. Qvod usq; adeò confirmat Jo. Micralius, ut credat, horum vestigia, & una Germanici sangvinis extitisse nuper in Pomeraniæ Ducibus, qvod tamen mihi valde dubium, qvinimo falsum videtur; neq; etiam, qvod subveretur Micrælius, obstat dignitati veterum Principum, descendere ex VVendis: neq; scio, unde probari contrarium possit, nec asseqvor, cur hodie pragmatico stylo reges septentrionis Marchionesq; Brandenburgi-*

*gici titulum à Vandalis sumptum gerant, quem tamen à Venedis, sive VVendis receperunt, quemq́ à XII. inde seculo sortiti Dani, postq́ hos à sec. XIV. Brandenburgici, ad hæc usq́ tempora retinuerunt. Conf. Helmoldus, Crantzius Vandal. l. 3. c. 30. & l. 6. c. 24. Jo. Is. Pontanus l. 5. rer. Dan. Jo. Micralius l. 2. Chron. Pomer. Conring de finib. Imp. cap. 16. Non hic displicet, quod Goldastus scribit de regn. Bohem. l. 1. cap. 9. p. 70. primum Lotharium II. inauguravisse, seu, ut ipse loqvitur, infeudasse hoc titulo Daniæ Svediæq́ reges: præterqvam enim qvòd legam apud Stadensem ad A. C. 1163. VValdemarum regna Daciæ (ita medio avo Dania dicebatur, ùt rectè observat Jo. Meursius in notis ad Aelnothum p. 93.) & Sveciæ ab imperatore, idest, Friderico I. suscepisse, observo etiam, Kanutum Danorum regem Slaviam, qvatenus Obotritos continet, clientelari beneficiarioq́ jure à Lothario II. accepisse V. Helmold lib. 1. cap. 49. tùm verò Rugiam belli titulo sibi asseruisse. conf. Zeillerus in Pom. p. 600: 601.*

(p) *Seculo VI. finiente, atq́ adeo à Jornandis excessu, neq́ impetu, aut uno statim agmine, sed paulatim subierunt in hæc loca Slavi: Conf. Jo. Fidlerus in reb. Muglensib. ex Cyr. Spangenb: annus vix definiri certò potest, Micralius l. 2. p. 140. Saltem pro certo habeo, A. C. circiter 550. Slavos Lechitos in Poloniam migrasse, ut Herburtum Vapovium & plures consentientes habeo, A. C. autem 600. qvod seculi VI. finientis notam habet, aut forsan, ut aliis placet, VII. ex his profectos esse, qui hodie Pomerani dicuntur: VViltzi sanè, qvi origines ad Pomeranos referunt, jam tùm IIX. seculo ab his oris ad Albim egressi, bello Karolingico occupati fuerunt, ut liqvet. ex Annal. Fr & Conrad. Ursperg. ad A. 789.*

(q) *Lingva Slavica in Pomerania usum terminavit annus 1404. Jo. Isacius Pontanus, & ex eo Zeillerus descript: Pomer: p. 600. postqvam enim à Seculo VI. desierat lingva Gothica sensim, & successerat VVendica in locum, longo tempore hæc valuit, Pomeranosq́ barbaris propius junxit, donec sumpto ab advenis Saxonibus exemplo, insignis lingvæ morumq́ commutatio fieret, ac seculo XII. parvi fieret, XV. autem prorsus aboleretur. Id verò hic, ut alibi, dolendum est, qvod nil descriptum à veteribus VVendis vel ad qvaliscunq́ rei memoriam supersit. Innuit tamen*

*men Micralius l. 3. p. 304. Pomeranos, ex quo in consortium Germanici juris assumpti fuerunt, abrogasse VVendicam linguam. Utrum decreto publico? Nullum tale factum promulgatumq; est. Qvinimò ipse Carolus IV. Slavonicam lingvam publicâ sanctione approbat, & eo loco habet ut pracipiat Septem-Virorum filiis ediscendam. Quo non Bohemiam modò, licet pracipuè hanc, sed etiam alias imperii ditiones, ut Carinthiam Carniolam, Moraviam, Lusatiam, & ut tunc adhuc aliquatenus saltem erat Pomeraniam respicere mihi videtur. Hier. Mesiger. Chr. Carinth: l. 6. cap. 47. Edit. Lipsiens. Frideborn. Chr. l. 1. p. 7. An ergò cessavit tractu qvodam temporis, & lentè contraria cultioris lingva consuetudine, atq; saltem non-usu avita illius & allata per VVendos? Nolim temere repugnare, nec diffiteri tamen, lingvam VVendicam non esse hodieq; tanta in republica Germanica dignitatis, aut necessitatis, qvanta olim fuit, neq; amplius teneri Electores ad notitiam hujus lingva comparandam, neq; ea expediri ulla imperii negotia, aut publica confici instrumenta. Limneus ad AB cap. 30. §. 1. Obs. 35. qvanqvam in regno Bohemia, qvod Austriis hareditarium cessit, adhuc ejus pragmaticus publicusq; usus sit, ac ipse viderim Praga tabulas cum Germanicâ tùm Slavonicâ lingvâ regis Bohemia nomine editas.*

(r) *Frisingensis Prasul, qui sec. XII. floruit, cujusq; fides insignis est, tradit, Lotharium II. Pomeraniam Rugiamq; beneficiariâ civilisq; imperii lege sibi obligasse: Chron. l. 7 cap 19. sed ea non tam Pomeranorum proceres, ut manifestum est, qvàm Polonia Ducem Boleslaum III. respiciunt, in cujus potestatem Pomerania aliqvando titulo belli venerat, Neugebauer l. 3. p. 90: conferendus cum Cyr. Spangenb. in Querfurt. Chron. p 207. cui Suantiborus Pomerania regulus ob tadium captivitatis finiendum paulò ante obseqvium, sed non servatum promiserat, Cramerus H. E. l. 1 c. 9 Itaq; demum ad historiam AEnobarbicam pertinet vera ac solennis inauguratio beneficiaria Pomerania Principum, qvam describit Albertus Cranzius Vandal. l. 6. c. 14. his verbis.* Igitur venientes in castra Cæsaris Principes Pomeranorum ducali nomine, traditis aquilis cum bannerio insigniuntur, factâq; de homagio fide, in propria revertuntur. *Rectè omnia habent, nisi qvod ea, qva de* traditis aqvilis *prodit, crucem historicis figant: nam prorsus ineptiat, qvi putet, aqvilas honori insignium gen-*

*gentilitiorum Principibus Casimiro & Bogislao datas fuisse. Nam neq; vestigium hujus rei usquam extat, neq; occurrit ullum fide dignum monumentum, nec recordor ullum præteriti temporis spatium, quo Pomeraniæ Principes in insignibus usurpaverint aqvilam. Eò conf. Jo. Micrel. & Paul. Frideb l. 1. p. 36. Ut Chronica, quæ contrarium meminerunt, aut recentiora sint nimis, aut hoc ipso evidens indicium falsitatis præ se ferant. Ritum ergò saltem signat beneficiariæ inaugurationis, non concessionem hæreditarii insignis, quod gryphi volantis imagine expressum est, cujus originem Gothis qui acceptam ferunt, conjecturis indulgent, nec certiora proferunt, qui nescio quo autore à dynastis Gryphiis, quos ex eqvestri ordine Sarmatarum adferunt, nimis curiosè repetunt. Neq; huc pertinet Grypus ille, de quo Bongarsius ad Justinum commentatur XXXIX. 19. Verum enim verò his omnibus missis, subjiciemus tabulam, qua Casimiri & Bogislai genus exhibetur.*

*Suantiborus. α.*

*VVatislaus β. — Ratibor. — Bogislaus — Suantipolcus ἄγαμος.*

*Bogislaus II. Casimirus γ. — VVartislaus II. Suantipolcus II.*

*Vratislaus, Suantiborus. — Adolphus. — Subislaus.*

*Vratislaus III. Bogislaus III. Barnimus I. — Casimirus — Sambor. Mestovvinus*

*Barnimus II. Otto Bogislaus IV. — Subislaus II. Adelheid. ἄπαις.*

*Suantipolcus III. Sambor. Ratibor. VVartislaus δ.*

*VVartislaus. Mestovinus. ε.*

*α Svantibori majores, cujusmodi præbet historia fabulosa, hic non adducimus: laudamus tamen monumenta Olivensia, ubi olim Principum Pomeraniæ tumuli fuerunt. Micral. l. 2. p 217. Atq; ille ipse est, qui aliis dicitur Svvantiborus Magnus: Samuel Svvalcbius in orat. ad Philippum II. Pomeraniæ Ducem, apud. Paul. Frideborn. 3. p 65. Idemq; plenâ potestate integram Pomeraniam adeptus est, nulli ullâ parendi lege aut*

*clientis fide obnoxius, Cramerus l. 1. c. 9: indicio successionis, ac jam paulo ante stabiliti hæreditarii juris; sed qvum hoc non contentus, moliri vellet immanem dominatum, ac libertati superiori adversum, VVendos in se concitavit, ac usq; adeo hoc odium auxit, ut carceri includeretur, unde liberatus est à Boleslao III. Neugebauer l. 3. p. 79. Micral. l. 2. p. 220. 221. De filia ejus Slavina, qvam Critoni nuptum dedit, nil addimus, cum non faciat ad exprimendas, qvas hoc loco intendimus, successionis vices & conversionem familiarum: perinde ut consultò omittimus Mestevvini tres filias sub lit. δ. Conf. Micral. Chron. p. 270.*

β *Hi fratres deviserunt Pomeraniam; citerior VVartislao & Ratiborio obtigit, ulterior Bogislao & Suantipolco: VVartislaus fuit fratrum natu maximus, & primus in Pomeranorum gente Princeps Christianus, Ottonisq; Episcopi operâ sacris initiatus. Helmold. l. 2. rer. Slavic. cap. 4. sed in eo qvædam opinionum dissensio est, utrum in Pomerania, an ante adventum Ottonis in Pomeraniam sacro lavacro tinctus sit? illud asserit scriptor vetus anonymus, & Merseburgum nominat, & simul indicat ibi sacro fonte ablutum fuisse. Conf Cramer. H E. l. 1. c. 12. Aliud, opinor, sentit Svvalchius apud Frideborn allegato loco: At ipse Fridebornius nil decidit, remisso tacitè lectore ad Cramerum, qvi justo volumine hæc exeqvitur. De Ottonis adventu sciendum, repetita vice factum commemorari: priorem A. C. 1124: Conrad Ursperg ad A. 1124. Micral. l. 2. p. 230 Posteriorem A. C. 1128 Paulus Friedeborn l. 1 p 30. & 33 qvanqvam Chytræus in Chronol. & Jo Cluver. epit. histor. in Henrico V. illius epocham ponant ad A. 1122. ab utrisq; discedit Alb. Abb Stadensis, & constituit in A 1118. Non inutile hic fuerit, contendere cum his rationibus epistolam Bambergensium sacerdotum ob Henrici V. excursiones in agrum Bambergensem, ut nostra sententia est, scriptam anno 1125. qvi Ottoni Ep. ad priorem reditum, Henrico V. demum ad mortem fatalis fuit: sed id calculo Stadensis non respondet, neq; id moramur, siqvidem hic obiter, Urspergensis autem cum majori cura, atq; ex professo hæc literis mandavit. Ut commodum festinantis prœli mendum occurrat §. superior 3. sub lit. d. ubi pro 1121. exprimi debuit Anno 1125. interim redargnendus hic error est Cyr. Spangenbergii in Chron. Qverfurt. p. 224. qvi Lothario II. tribuit, qvòd Pomerani recepissent Christianam fidem. Etsi enim Lotha-*

*tharius adhuc imperante Henrico V. accepit Saxoniæ ducatum. Helmold. l. 1. c. 35. Tamen id neq; Lothario, neq; Saxonibus adscribitur. Adam Bremens. l. 3. cap. 25. collat. cum Helmold. l. 1. c. 18.*

γ *Annus, qvo recepti in imperii senatum sunt, memoratur 1181. Frideborn. l. 3. p. 35. qui tamen p. 9. à se ipso dissentit. conf. Jo. Cluverus ad A. 1181. Spenerus in sylloge p. 237. At verò Aubertus Miræus l. 1. c. 39. de duc. Pomeran. refert annum 1182. Jo. Micralius in Chron Pom. l. 2. p 261. ad oram ponit A. 1181: in syntagmate hist. mund p. 1111. assumit A 1182. Conf. Jo. Gvalter in Duc. Pom p. 1064.*

δ *Tres Fratres, Sambor, Ratibor, VVartislaus Cruciferorum Ordini, qvi nuper in Prussia cœperat, portiones Pomeraniæ qvæ ad ipsos pervenerant, dono dederunt, unde postea multa bella orta sunt, Micral. l. 2 p. 254. Chytr. in Chronol. p. 500. Fratres Cruciferos vocat, qvia in ordinem adscripti, Cruciferos hæredes scripserant. At Svantipolcus III. excusso Polonorum dominatu, nullo jure fiduciario teneri voluit: Micral. l. 2. p. 271. seq.*

ε *Adhunc integra Pomerania ulterior rediit, qvo exhinc ad citerioris Pomeraniæ duces devolvi jure oportuit: Sedis hæredem instituit Primislaum, primum Poloniæ Regem, Micral. l. 1. all. p. 288. Paulus Frideborn l. 1. p. 9. causam adfert, & odium abrogati moris VVendici in Pomerania citeriori eò induxisse Mestovinum, confirmat.*

ζ *Ab Ottone & Bogislao natæ propagines sunt Stetinensis & VVolgastensis. In reliqva genealogiæ parte pertexenda post Dav. Chytræum, Dan. Cramerus, Friedebornius & Micralius obvij sunt: præter hos novitii pleriq; aut perperam mutant qvædam, aut confundunt. Tum verò ad fabulas accedunt, qvi ante Svantiborum continuam Pomeraniæ Principum seriem tradunt: inter qvos ipse Micralius syntagm. hist. mund. l. 3. sec. 12. Geneal. ad p. 1111.*

(s) *Vix obscurum esse potest, Saxones, qvi huc commeaverant, cum agrorum culturam instauravisse apud Pomeranos, tum afflictam propè nutantemq; ob tot bella rempublicam opere consilioq; juvisse. Sed propterea non dicendum est cum Bil. Pirckheimero, patricio Norico, & Maximiliani I. consiliario, Pomeraniam antiqvorum Ducum, præcipuè Lauvenburgicorum ditionem fuisse. Vid. ejus opera histor. à Melch. Goldasto edit p 101.*

*Non enim qvi vectigales facti sunt, protinus subditi censeri debent. Vid. Helmold. l. 1 cap. 36, ubi testatur, Pomeranos cum reliqvis Slavis Henrico Saxoniæ Duci* sub tributo serviisse, *non autem memorat in ditionem redactos, si vel maximè alii Slavorum, inprimis Obotriti & VVagrii redacti fuerant. Tametsi enim reperiantur, qvi asserant, Principes Pomeraniæ ex antiqva Gothorum Vandalorumq́, atq́ Germanorum adeò stirpe ortos, tamen nemo hactenus fuit, qvi diceret, ex Saxonibus prognatos esse Suantiboridas, in qvorum ditione Pomerania qvingentis fere ab hinc annis fuit, nullo reliqvo, qvod qvidem sciam, Lovvenburgici vestigio. Ne dicam, recentiorem esse Ducum Lovvenburgicorum titulum, qvàm ut veteres Svantib.ridarum origines attingat. Dabo alioqvi, hodiernos Pomeraniæ Cives Saxonum saltem majori parte posteros esse, Duces tamen Pomeranorum semper excipiam. Tantum de Saxonibus addo, eorum adventum vel obscuriorem, atq́ legibus VVendicis adstrictum, vel solenniorem, & magis liberum honorificumq́ fuisse: de illo vid. Adam Brem: l. 2 c. 12. & ex eo Helmold. l. 1. c. 2. de hoc Cramerus l. 2. c. 2. Micrælius l. 3. p. 308. seq. Atq́ hoc induxit Helmoldum, ut scriberet l. 2. cap. 14.* Slavorum regionem dante Deo, totam redactam esse velut in unam Saxonum coloniam.

8. Sed qvàm comiter eos habuit Fridericus I. tam multa indignè successores passi sunt sub Ludovico Bavaro, qvi Uckermarchiam (*t*), qvæ antiqvo jure ad Pomeranos pertinuit, ex formula repetebat imperio & sibi, ac filio Ludovico [*u*], paulò ante septemviratus Brandenburgici dignitate aucto possidendam dabat, quò majores potentiæ vires adderet, conqverente interim Ottone I. Stettinense, & poscente restitui in ditionem, qvæ morte Waldemari II. Brandenburgici [*x*] rediisse censebatur ad primos auctores, siqvidem Otto I. eo loco atq; dignitate erat, ut Uckermarchiam, tanqvam avitam Ducatus Pomeranici partem, vindicare posset, & eo insuper animo, ut re ipsa vellet. Sed nullæ preces atq; obtestationes valuerunt, nec modò Uckermarchia, sed etiam principalis dignitas, qvæ ab ævo Friderici Aenobarbi ad illud usq; tempus sanctissimè servata fuerat, in discrimine versabatur, qvòd Ludovicus Bavarus præter meritum ju-

di-

dicasset, Ottonem I. Stetinensem, non ut antea imperio, sed Ludovico septemviro Brandenburgico beneficiaria lege obligatum esse. Hæc & alia cum Ottonem valde pungerent, cepit consilium defensionis, & decrevit bellum tuendi juris honorisq; causa; cujus curam cum ipse per ingravescens senium non posset, filio Barnimo III. commisit. (y) Itaq; hic jussu & voluntate patris, collatis signis cum Ludovico Marchione congressus, diversis præliis victor, Uckermarchiam tandem recuperavit, & pactione, quam Ludovicus Bavarus Cæsar sua auctoritate ratam perpetuamq; fecit, publicè atq; edito posteris justitiæ exemplo confirmavit. (z)

(t) *Nomen Ukermarchiæ, quod arcesso ab Ucris sive Uncris, quorum jam tum Sec. X. meminit Regino ad A. 934.: tertio decimo seculo invaluit, postquam Barnimus I. A. CIƆ. CCXLIIII. titulo dotis Johanni Ascanio Marchioni hanc ditionis suæ partem contulit, ac jurisdictioni Pomeranicæ exemptam Marchiæ Brandenburgicæ adjunxit. Micræl. l. 3. Chron. p. 323. Paul Friedeb. l. 1. p. 51. Zeiller. ducat. Pomeran. descript. p. 562. Si vero adjectione Ukera (unde alioqui Ukaria dicitur, itemq; Marchionatus Uckeranus) sumatur, multò antiquius est & revocatur à Crantzio ad avum Henrici Aucupis, l. 3. Vandal. c. 16. Non quòd nesciam Marchia, sive Marcha (utrumq; enim, imò & Marca, scribitur) vocabulum jam diu ante, & quidem temporibus Karolingorum, innotuisse. V. A. Fr. ad A. 788. inprimis scriptor vitæ Lud. pii p. 341. Regino ad A. 952. sed quia ejus non prius meminerunt Saxonici scriptores, ut innuit dicto capite Crantzius, neq; prius meminisse potuerunt, siquidem præfecturas limitum, sive ut formam styli Teutonici servemus, Marchias regni Germanici, inquantum adhuc meros magistratus, & curationem provinciarum sine hæreditario regaliq; jure denotabant, sec. X. instituit Henricus Auceps Germaniæ rex, quæ postea evectæ altius sunt, atq; auctæ territorii jure. Interim eò legi possunt Matth. Dresser. in Henrico Auc. Georg. Sabin. de March. Brand. Ubb. Emmius rer. Fris. l. 6. p. 85. quanquam Marchiæ Brandenburgicæ respectu ab his dissentit VVolfgang. Justus. Et forsan quis ex Ditmaro Merseburgense colligat, nondum ætate Ottonis III. imp. hæreditarias fuisse: tametsi enim jamdiu ante, ut ex Luitprando, Sigeberto ac tabulis publicis constat, Ducatus Comitatusq;*

*hac lege censebantur; tamen ante Ottonum Saxonum tempora nec suspicio est hareditariarum Marchiarum, neq; ante tempora Henricorum satis validum argumentum. Ditmarus sanè l. 6. p. 152. Thiedricum nominat, qui ab imperatore titulo beneficiario Comitatum Patris sui Dedonis acceperit:* Marcam *autem Bernhardo Comiti concessam ab hoc jure separat, si ea qvidem hoc loco explicanda est notione prafectura limitis, adversus Bojohemos Ungarosq; instituta. Praterea conjungit Marcam cum iis, qva non proprio jure, sed regis nomine possidebat Comes Bernhardus. Significanter ait:* insuper Marcam, & qvicqvid VVernizo ex parte regis tenuit, hoc totum Bernhardo Comiti concessum est. *Quò conferri potest l. 1. p. 9: ubi originem Marca Misenensis describit. Interim Adamus Bremensis memorat Marchionem* Sigafridum, *tanqvam pracipuum inter Comites, & Viros illustri dignitate ornatos l. 2. H. E. c. 32. Qvod saltem indicio fuerit, Marchiis serius accessisse dignitatem beneficiariam, atq; adeò prius ipsis, qvàm ipsarum, ut loqvuntur, feuda fuisse. Tum verò Marchias extitisse plures, exempli gratia, Austriacam, Saxonicam, Misenensem, & Brandenburgicam, qvarum hac non ut hodie, ita olim primo statim originis sua tempore Brandenburgica dicta est: contra qvam censet P. Albinus Chr. Misn. tit. 9. VVittichindus meminit qvidem l. 1. annal. Urbis Brennaburg. qva seqviori tempore Brandenburg, scribi cœpit, Ad. Bremens. l. 2. cap. 8. Helmold. l. 1. cap. 12. unde postea Marchia contra Henetos nomen tulit, non tamen vel verbum tradit de Marchia Brandenburgensi, qvatenus hoc nomine nunc appellatur.*

(u) *Post Ascanios, inter qvos Septemviratus dignitatem, ut diplomata indicant, primus habuit Johannes I: Bavari, postq; hos Lucelbergenses, postremò HohenZollerani Marchiam Brandenburgicam cum annexo Septemviratu adepti sunt. V. T. VII. Hist. Aug. P. Bertius l. 2. cap. 13. item Chron. Marchica, & novissima Genealogia hujus familia. Verùm impingit Bertius, & ante eum Crantzius l. 3. cap. 15. iste, qvum Electores in stirpe Ascanio-Brandenburgica veteri numerat à Sec. XII. hic, qvum à Seculo inde deducit, errore hodieq; in vulgus sparso, & cujus vitandi ratio constare debuit Christiano Adolpho Thuldeno part. 3. lib. 9. pag. 291.*

(x) Jo-

(x) *Jo. Micrælius syntagm. p. 116. VValdemarum XIV. vocat, qvum tamen certum sit, alterum hujus nominis fuisse, & in eo ac fratre Johanne IV. familiam antiqvam Ascanio-Brandenburgicam defecisse. Vid. Crantzius Vandal l. 8. cap. 3. & VVolfgang. Justus in descript. March. Jo. Henr. Alstedius Chronolog. geneal. p. 538. 539. Neq; huc pertinet VValdemarus personatus, de qvo vid. Albert. Argentinens. Chron. p. 146: & iterum Crantzius Vandal. l. 8. cap. 19. Micræl. Chron. Pomeran. l. 3. p. 334. 335.*

(y) *Friedeborn Chron p. 51. 52. Nempe asserebant Pomerani Ukermarchiam sibi deberi propter primos acqvirentes; Bavarus opponebat neglectam inaugurationis beneficiariæ petitionem, & qvemadmodum Marchiam Brandenburgicam, licet contra obtestantibus Anhaltinis, ita Ukermarchiam, Prentzloviam & Pasevvalcum civitates pro amissis habebat, & qvibus hoc magis excidissent Pomerani, qvòd imperator tanqvam supremus beneficiarius Dominus sententiam pro Ludovico filio dixisset: sed Pomerani obtendebant, jus à majoribus semel qvæsitum nec ab imperatore alienari, aut interverti sibi posse: de neglecta inaugurationis petitione reponebant, nullum contra se allegari dolum posse, qvi per continuas imperii turbas, ac bella civilia impediti fuissent petere inaugurationem, qvam voluissent, si per ipsos stetisset: præsertim qvùm eo rerum statu qvoq; in dubio fuerit, utrum legitimi imperatoris dignitatem consecutus esset Ludovicus Bavarus: ergò non posse non proficere sibi excusationem, velut tempestivam atq; idoneam tuendæ suæ causæ. Vid. Micræl. Chron p. 324. seq. At his adeo non dabat locum Ludovicus, ut qvoq; judicii executionem armis festinaret: nec cessabant Pomerani contrahere copias, & defendere jus avitum: sed eventus probavit, Bavaros qvàm contra Austrios Bohemosq; felices hactenus fuissent, tam nunc infelices esse contra Pomeranos.*

(z) *Primò pugna Cremmensis, deinde publica transactio, tùm sententia in Comitiis A. 1338. pro conservando Pomeranorum iure lata lites has finivit: demùm accessit A. 1355. Caroli IV. confirmatio, qva qvicqvid unqvam ullo prætextu contra Pomerano-Stetinenses duces in hac causa actum decretumve esset, sustulit penitus atq; omnimodo abrogavit. Jo. Micræl. l 3. p. 330. 331. 341. Tantum de Ludovico IV. addimus, cum*

con-

*contra Pontificem Johannem XXII. egregiè, contra Austrios Bohemosq, illa ætate ob augustam dignitatem æmulos fortiter stetisse: sed adversus Pomerano-Stettinenses præcipitasse iram, & largitionem in præjudicium factam retractasse postea, atq, pronunciasse irritam: ut extra hanc causam temere vellicet nostrum Jo. Bapt. Egnatius pag. 623. in Lud. Bav. conf. quæ disseruimus nuper ad histor. aug. usq, ad Maximil. I.*

9. Sed non diuturna horum temporum qvies erat, postqvam HohenZollerani, qvi auspicio Imp. Sigismundi in Marchiam Brandenburgicam sedes transferre cœperunt, Ottonem II. & Casimirum VI. Duces Stettinenses à possessione Ukermarchiæ depellebant: nec multò post commissum prælium, in qvo multi Pomeranorum cæsi, reliqvi in discrimine fuerunt, donec vicini Principes ostenderent pacis componendæ rationes. Cumq; ad tempus conciliati animi essent, ac Pomerani jam in spem venissent servandæ concordiæ & tranqvillitatis, Fridericus Septemvir opportunum ratus iterum experiri armis ac proferre ditionis suæ fines, bellum hactenus intermissum instaurat, & collectis copiis Angermundam intercipit: mox concurritur in oppido collatis signis, acriusq; (a) qvàm unqvam antea, dimicatur: sed vincit prælio septemvir, & simul incerta casuum reputans, rationem seqvi mavult, qvàm fortunam; quæ hactenus secundas adversasq; res miscebat. Itaqve de pace actum, & consilio diligenter habito conventum, ne post hac Pomerani Marchioq; bellum facerent, sed obliviscerentur superiorum injuriarum, ac fœdere (b) fidem amicitiamq; devincirent.

(a) *Ex Petro Hastitio Micralius l. 3. p. 356. seq: cum quo conf. Chr. March. inprimis Andrea Angeli.*

(b) *Dicitur pactio Templinensis, non qvatenus successionem, sed pacem concordiamq, mutuam denotat. Cæteroqvin prima successionis in Pomeraniam, qua ducatu Stettinense describitur, promissio contigit Ludovico Ludovici IV. Cæs. filio: altera, id est, Soldinensis, qua Septemviro Friderico II. cessum est directum ducatus Stetinensis dominium, minimè valida fuit, jus suum asserentibus ducibus VVolgastensibus, tanqvam proximis agnatis, & post accuratum litis ex jure Langobardico decisa judicium eo titulo obtinentibus, qvo superiores Stettini duces habuerant. Verum*

rum

rum ab obitu Friderici II iterum hæc cœpta controversia est, sollicitante Alberto II. Septemviro Fridericum III. imp. de impertiendo sibi Dominio beneficiario directo in Ducatum Stettinensem: annuit imperator alienato à VVolgastensibus animo, quod in jus Cæsareum vocati, se non stitissent. Renitebantur interim VVolgastenses, Possessioni juris innixi; Septemviro sufficere debuit, nancisci occasionem sumendi tituli Pomeraniæ Ducis, & una nancisci occasionem futuræ successionis, siquidem Ducatus ille successore vacaret. Tertia demum valuit, quæ appellatur Grimmiensis, coaluitq; A. CIƆ. IƆ. XXIX. Zeillerus perperam signat A. CIƆ. IƆC. XXIX. descript. Pom. p. 592. nisi fortè typographi mendum est. Autor mantissæ ad instr. pac. p. 107. pleraq; describit ex Jo. Micral. Syntagm. histor. Neq; accurati hic sunt Besoldus & Schonbornerus: nec hujus instituti est, evolvere, quid scribat, quidvè sentiat Limnæus. Tantum satis fuerit, (1) observare hic primam originem veri ac indubitati & reciproci & plenè firmiterq; jure nixi pacti successionis inter Pomeraniæ Duces, ac Marchiones Septemvirosq; Brandenburgicos: præterea tituli Ducis Pomeraniæ Ducibus consentientibus atq; sine contradictione ad Brandenburgicos delati: Micral. Chr. l. 3. p. 522. Spectatq; huc confirmatio Prentzloviensis de A. 1566. (2) A. CIƆ. IƆC. XXXVII. mortuo Bogislao XIV. Georgium VVilhelmum Septemvirum Brandenburgicum ex pacto Grimmiense Pomeraniæ possessionem consecutum esse: (3) A. CIƆ. IƆC. XLI. Fridericum VVilhelmum Patris in septemviratu & Pomeraniæ successorem, legatos ad comitia dimisisse, qui respectu ducatus Pomeraniæ, Stettinensis & VVolgastensis ratione quorum A. 1551 Duces ipsi pacti sunt mutuam successionem, sedendi suffragandiq; dignitatem habuerunt. (4). A. CIƆ. IƆC. XLIIX quo Osnabrugæ pax coivit, valde commutatas esse rationes E. l. Brandenburgici, & contra quam pacto successionis constitutum fuerat, Citeriorem Pomeraniam, ac urbes quasdam ulterioris Pomeraniæ, satisfactionis belli causa sub ratione atq; titulo dominii beneficiarii perpetui jussu ac decreto Imperatoris & imperii pervenisse ad Svedos, facta quoq; per legem publicam spe certissima succedendi in ulteriorem Pomeraniam, si contingat extingui in universum familiæ Brandenburgicæ mares: de Nova Marchia, provincia Sternbergensi, Vierraden & Loeckenitz. Vid. acta Svedo-Brandenburgica, imprimis memoriale ablegatorum & responsum Cæsareum eò pertinens, de A. 1662. valiturâ insuper inauguratio-

*ne beneficiariâ simul cum Brandenburgicis respectu Pomeraniæ ulterioris accipiendâ: ibi. tit. 10. titulis: sed perfectura Butoviæ & Lovvenburgum jam veteri nexu beneficiario referuntur ac pertinent ad Poloniæ regnum: Conf. Jo. Micral. Chron. l. 3. parr. 2. p. 523. Paul. Piasecius Chron. gest. per Europ. ad A. 1633. eodemq; jure addictæ novissime sunt Friderico VVilhelmo Electori A. 1657. cujus haredibus masculis obvenient, qvatenus beneficia Prussiæ regalis: Vid. transactio Velaviensis A. 1657. 19. Septembr. Nam ratione Prussiæ ducalis solutus beneficiaria lege est, irritis prorsus Kalksteinii machinationibus, de qvibus prodit Henricus Brevverus l. 3. hist. decennal. p. 254. ineptis etiam cujusdam e societate Jesu rationibus, qvi in MSP. descript. regn. Pol. arbitratur, Electorem* non tam feudatarii (*loqvitur autem de Prussia ducali*) denominationem delevisse, qvam ad tempus suspendisse. (5) *ratione Pomeraniæ Reges Svediæ jus territorii nomine debitum, ac dignitatem imperii Ordinis ex pacto Osnabrugensi statim Anno cIↃ IↃC XLIIX. verè ac re ipsa consecutos, sed sessionis, qvæ dicitur, atq; suffragii usum serius multò ac demum in proximis Comitiis Ratisbonensibus obtinuisse, primo inter omnes Lanckio, qvi auspiciis sui regis eum rite ac more Teutonico obtinuit.*

10. Demum post turbatas sæpe afflictasq; domi res * Pomerani sub Svedica Brandenburgicaq; tutelâ hodie ** refoventur ac crescunt, & non modò pacis per hos partæ fructum, sed etiam pristinæ felicitatis exemplum habent.

* *De calamitatibus, qvas sensit tempore belli triecennalis, Vid. Jo. Micrælius, Bog. Phil. Kemnitz: conf. Petrus Baptista Burgus in Mart. Svec. German. Rutgerus Hermannides, Adolf. Brachel. Jo. Loccenius, Matth. Lungvvitz. summatim Theatrum Europæum. Sed turbatus tunc Germaniæ status erat, nec Pomeranorum, sed ex imperio imperii hostium culpâ. Pomeranorum enim erga suos magistratus obseqvium jam à primo seculo in Romanorum ore fuit, & studium pacis ab antiqvissimo tempore laudatur Vid. Jod. VVillichius ad Germaniam Taciti apud Simon Schard. T. 1. rer. Germ. p. 66. Causas alioqvi facilè colligas ex disceptatione Balthasaris Henckelii* de bello tam protectitio, qvam vindicatorio Gustavi Adolfi *A. 1631. Stettini ed. & literis publicis fecialibus, ac scripto, cui titulus: arma Svecic: confer: Richard. Zucchens de jud. inter gent. p. 453. seq.*

*** Sunt*

** *Sunt enim tam necessitudine, qvàm finiũ propinqvitate conjuncti Principes, & respectu Pomeraniæ eodem jureatq; iisdem legibus imperio Germanico innexi. Præterea hujusmodi concordia communis salutis interest, imprimis Saxoniæ limitis, cujus aditum Pomerania munit. Sed qvanqvam hoc ita sit, tamen nostra memoriâ A. 1659. El. Brandenburgicus traducto in Pomeraniam exercitu, armis contra Svedos contendit, effecitq;, ut parum à periculo abesset: pertulit tamen impetum constantiâ & Virtute Stetinum imprimis Vrangelii & VVurtzii curâ. Vid. Thulden. Hist. Europ. Enn. sec. l. 1. ad A. 1659. usq; dum remitteretur ira fortissimi Electoris, & paci mansvetudiniq; daretur locus, illuc spectat instrumentum pacis Olivensis § 26. qvo concordia ac tranqvillitas reducta, & qvicqvid bello occupatum erat, eo jure repetitum est, qvo ex pacto Osnabrugensi in fidem potestatemq; Svedorum venerat. Similiter de Rugiâ, qvam Svedis imperium addixit A. 1648. Inst. pac. Osnabrug tit. 10. §. primò: cautum est à rege Daniæ A. 1658. in pace Rothschildensi §. 7: & postqvam hæc rupta est, iterum A 1660. pace Septentrional. §. 9. Verùm satis hæc dicta arbitror, nisi qvod existimem addi aliqvid in extremo operis posse de origine juris, atq; urbium Pomeranicarum. Ac de illo fortè qvis eorum sententiam probet, qvi nullum jus scriptum prius viguisse apud Pomeranos putant, qvàm imperatori & imperio Ro. obtemperarent, aut certè priusqvam Saxones eò venirent; qvanqvam hi primo adventus tempore vix ausi fuerint svadere Pomeranis usum suarum legum: qvod eâ conditione potestatem habitandi sibi datam esse scirent, ut nil dicere liceret publicè de Christianis sacris: temere nec arbitreris, id pertinuisse etiam ad leges, qvas perinde forsan, ac Christianum nomen odio habuerunt, nisi moribus Pomeranicis comprobatæ essent. Eò Vid. Ad. Bremens. l. 2. c. 12. Helmold. l. 1. c. 2. Porrò observandum de Stetino est, jure Magdeburgico uti incepisse A. 1243. V. Rutgerus Hermannides in Pomeran. citer p. 511. & ex eo Zeillerus in Pomer. p. 744. Sed qvod urbium primordia spectat, diu ante fuisse colligas, siqvidem commemorat Sec XI. Adamus Bremensis Urbem Jumne, commerciis Septentrionalium ditissimam appellans, eod l. 2. c. 12. Helmold. eod. l. 1. c. 2. cit: Vinetam, alii Julinum vocant: Conf. And. Sev. Vellej. ad Ad. Bremens. l. 2 c. 18. qvanqvam fabulam narrant, qvi hanc a Julio Cæsare aut adversus hunc conditam tradunt: Cramer. l. 1. cap. 21. Præterqvam enim qvòd*

*Julius Cæsar nunqvam penetravit in Germaniam magnam, cujus olim regio Pomerania, licet nondum hoc nomine cognita fuit. aliter scribendum alii hoc nomen dicunt, VVollinumq; efferunt, qvod vulgò Julinum solent, Mart. Zeiller. descript. Pomer. p. 757. cujus* itinerarium Pomeran. *ipse Ricciolus non dubitavit laudare, Geograph. Reformat. l. 1. Isagog. p. 26. præter hanc adducitur ab Helmoldo Dimine, qvam l. 1. c. 2. civitatem l. eod. c. 65. munitionem, l. 2. c. 18. castrum vocat. De Stralesunde confer. Krantzius Vandal. l. 7. c. 5. ac de Stetino 5. Vand. c. 31. qvod non statim cum Sedinis (Sidinis) Ptolemæi cœpit, neq; origo ante sec. XII. qværenda, nec DIMIN Helmoldi cum SIDIN confundenda est. Stargardia primùm XIII seculo circundata est muro: Spectantq; huc Gartzium, Greiffenhaga, Prentzlovia, & similes Pomeraniæ urbes, de qvibus Vid. Jo. Micral. in Chron. Pom.*

# CHRISTOPHORI HARTKNOCH, Viri CLmi, ORIGINES POMERANICÆ.

## I.

IN Origines Pomeranicas inquisituri, tres Periodos ab aliis jam notatas, in sequentibus observabimus. *Prima* est veterum Germanorum. *Secunda* Slavorum. *Tertia* iterum Germanorum. Quod ad primam attinet Periodum, antiquitus ignorarunt Scriptores, quænam hunc tractum inhabitarint gentes. Herodotus certè (qui vixit tempore Artaxerxis Longimani Persarum Regis, Olymp. 84.) *de extremitatibus Europæ, quod pro comperto referat, non habere se testatur*, nisi quod tenui & dubiâ famâ quasdam gentes ad Eridanum fluvium habitantes, succinum colligere ipsi relatum sit. lib III. qui dicitur Thalia mult. supr. med. pag. 234. Quæ Pytheas post Herodotum de his gentibus tradiderit, alibi ostendimus, cum de Originibus Prussicis ageremus. Iulius Cæsar post hæc multa quidem de *Svevis* memoriæ prodidit lib. IV. Comment. in pr. quæ Iohan. Micrælius ad suos quoque Pomeranos applicat; non posse tamen ea gentibus ad mare Balthicum habitantibus competere, probavit jam ante Philip. Cluverus lib. III. Germ. Antiq. cap. V. ibi

enim oſtendit, per *Svevos* Iulium Cæſarem intelligere *Chattos* (qui hodie *Haſſi*) Ubiis conterminos. Imò malè & hos à Cæſare appellari Svevos multis evicit argumentis. Idem ille *Julius Cæſar*, referente Æthico in pr. Coſmographiæ, *cum conſulatus ſui faſces erigeret, ex Senatus Conſulto cenſuit omnem orbem jam Romani nominis admetiri per prudentiſſimos viros & omni Philoſophiæ munere decoratos: A Conſulatu Julii Cæſaris & M. Antonii uſque in conſulatum Auguſti decimum annis XXIX. menſibus VII. diebus X. à Theodoro ſeptentrionalis pars dimenſa eſt.* Si hæc Æthici relatio vera eſt, confectæ fuerunt ſine dubio tabulæ Geographicæ, quæ has oras Septentrionales, earumque incolas oculis Romanorum ſubjicerent. Sed mihi res hæc ſuſpecta eſt, & quamvis authoritatem AEthici ſequatur Clariſſ. Micrælius lib. 1. Chron. Pomeran. n. 8 mihi tamen religio non erit, hoc ipſum negare. Ut enim jam illud prætercam, AEthicum, ut dubiæ ætatis, & fidei Scriptorem, non poſſe nobis certum teſtimonium perhibere, de re tam antiqua, hoc tantum commemorabo, ex Strabone fide digno Scriptore, qui ſub Auguſto & Tiberio Imperatoribus floruit, contrarium probari poſſe. Hic enim ad ſua tempora has oras Romanis fuiſſe incognitas diſertis verbis teſtatur. lib. VII. Geograph. circa pr. fol. 291. ubi Druſum Germanicum perveniſſe refert, tantum ad inſulam, cui nomen Byrcanis, in Oceano Septentrionali. Poſtea quoque refert alias quoq; gentes potuiſſe innoteſcere, *ſi Auguſtus militibus permiſiſſet, ut transmiſſo Albi eo rebellantes perſequerentur. Sed promptius cenſuit Auguſtus, ſe bellum, quod erat præ manibus, confecturum, ſi populos ultra Albim ſitos ac nihil moventes miſſos faceret, neque irritatos maleficio ad ſocietatem cum hoſtibus ineundam invitaret.* Et fol. 294. *Quæ*, ait, *trans Albim ad Oceanum ſunt, nobis prorſus ſunt incognita: Nam neque priorum quempiam compertum habemus iſtud litus præternavigaſſe verſus orientem uſque ad Caſpii maris fauces, neque ultra Albim ſita Romani adiverunt: ſed ne terreſtri quidem itinere quiſpiam illa perluſtravit. Neque an tota illa in ora Oceani aliqua ſit portio, quæ vel ob frigus vel alia de cauſa habitari nequeat: item an aliud genus hominum Orientalibus Germanis & Oceano ſit interjectum, eadem ignoratio reliquorum deinceps ad Boream vergentium ab eo indicatur.* Ex quibus luce

luce clarius elucet, non fuisse tempore Iulii Cæsaris has oras Romanis cognitas. Addi his potest & Dio Cassius, qui Drusum Albim transire & has gentes peragrare volentem spectrum prohibuisse refert. Etenim mulier quædam humanâ amplior formâ ei obviam facta: *Druse*, inquit, *quò tandem nullum cupiditati tuæ modum statuens contendis? non tibi fatis concessum, hæc omnia videre.* Hæc Dio lib. LV. in princ. illud tamen concedimus Strabonem per *Butonas*, qui Moroboduo suppetias contra Romanos tulerunt, fortasis intellexisse nostros *Gutonas* sive *Gothos*, de quibus postea dicendi erit locus. Nam licet Romanis exactè non fuerit cognitum, quæ gentes, & qui mores ipsarum in his oris fuerint; potuerunt tamen à finitimis cognovisse vel etiam ex antiquis Scriptoribus hausisse nomen Guthonum sive Gothorum, quos hic habitasse crediderunt.

II Cum itaque post Strabonis tempora Septentrionales Germaniæ partes innotescere cœpissent, compertum est, SVEVOS Pomeraniam hodiernam incoluisse. Manifestum illud est ex Taciti lib. de Moribus Germ. post med. Lucanus etiam de Svevis ita loquitur lib. II. vers. 51.

*Fundit ab extremo flavos Aquilone Svevos*
*Albis, & indomitum Rheni caput.*

Videlicet habitarunt Svevi, latissima gens, magnam hodiernæ Germaniæ partem *à Danubio* usque *ad mare Balthicum*; Trans mare quoque Balthicum *Blekingiam, Sconiam & Hollandiam, Svediam, Norvegiam, Botniam Occidentalem, Finmarchiam, Scritofinniam, Lappiam & Biarniam,* uti has aliasque regiones enumerat Cluverus lib. III. Germ. Antiq. cap. XXIV. Sic itaque generale nomen Pomeranorum, quod ipsis cum multis aliis gentibus commune fuit, cognovimus, quod antiquitus dicti sint SVEVI. Probatur illud etiam exinde, quod mare Balthicum, cui adjacet Pomerania, olim dictum sit *Svevicum*, teste eodem Tacito lib. cit. cap. XLV. sed etiam quod fluvius Pomeraniæ præcipuus dictus sit olim *Svevus*, ut ex Ptolemæo patet, qui lib. II. Geogr. cap. XI. fol 58. amnes in mare Balthicum se exonerantes hos enumerat: *Chalusum, Svevum, Viadrum, Vistulam.* Hic quidem inter Eruditos non convenit, quis amnis per Svevum sit intelligendus,

dum

Plinius enim ita hac de re loquitur: *Alterum genus Ingævones, quorum pars Cimbri, Teutoni à Cauchorum gente. Proximi autem* Rheno *Istævones, quorum pars Cimbri; Mediterranei Hermiones, quorum Suevi.* lib. IV. Nat. Hist. c. XIV. Quamvis non nesciam ab aliis ita apud Plinium legi: *Istævones, quorum pars Cimbri mediterranei: Hermiones, quorum Suevi.* Tacitus verò qui in his ex antiquioribus accuratissimus est: *Manno* ait, *tres filios assignant, è quorum nominibus proximi Oceano Ingævones, medii Hermiones, cæteri Istævones vocantur.* lib. de morib. Germ. cap II. Si itaque Hermiones medii fuerunt inter Ingævones & Istævones, non potuerunt certè in hodierna Pomerania habitasse. Illud, quod Plinius de Suevis dicit, quod sint pars Hermionum, ita intelligendum erit, quandam Sueviæ, latissimæ illius Provinciæ, partem mediterraneam fuisse partem Hermionum, quod de illa Sueviæ parte dici potest, quæ adhuc hodiè cis Danubium Suevico nomine insignitur. Multò enim latior fuit illis temporibus gens Suevica, ut patet ex Taciti lib. de Morib. Germ. cap. XLV. Plinius his in oris collocat *Vindilos* sive *Vandalos.* Inter Vandalicas autem gentes numerat *Burgundiones, Varinos, Carinos, Guttones*, lib. IV. Nat. Hist. cap. XIV. *Varinos* hic excludimus, qui in Mechelburgensi Ducatu olim habitarunt, ut & Burgundiones, qui Poloniam Pomeraniæ hodiernæ finitimam incoluerunt. Relinquuntur itaque in Pomerania secundùm Plinium CARINI & GUTONES. Ptolemæus sic illas gentes describit: *A Chaluso fluvio usque ad Suevum tenent Pharodeni* (pro quibus Cluverus legendum putat Svardones) *post Sideni usque ad Viadum fluvium. Sub ipsis Rutiklii, usque ad fluvium Vistulam. Interiores autem atque mediterraneæ gentes maximæ sunt Suevi Angili, qui magis Orientales sunt, quam Longobardi, protensi ad septentrionem usque ad medium Albis fluvii. Tum Suevi Semnones qui habitabant post Albim à præfata parte versus ortum usque ad Suevum fluvium. Præterea qui protenduntur ad Buguntes, qui cætera tenent, quæ inde subsequuntur usque ad Vistulam, supra quos etiam sub monte Asceburgio Corcontæ.* lib. II. Geogr. cap. XI. fol. 58. Ex his populis excludimus *Suevos Semnonas*, qui habitarunt in hodiernâ Marchiâ Brandenburgensi. Item *Burguntas*, qui iidem sunt cùm Burgundionibus. Relinquuntur ita-

E que

que SIDENI, RUTICILII, CORCONTÆ, & forsan etiam Longobardi & Svevi Augili. Vrbes his in oris apud Ptolemæum enumerantur: *Laciburgum, Virunum, Viritium, Rugium*. Ex quibus *Rugium* & *Viritium* Pomeraniæ adscribimus. Tacitus fusius recenset has gentes. Numerat verò *Reudignos, Aviones, Anglos, Varinos, Eudoses, Svardones* & *Nuithones*, quos *Hertham* i. e. terrã matrem colere dicit, cui nemus castum in insula quadam dicatum fuisse affirmat. Deinde cum à Danubio versus Septentrionem habitantes in Germania populos recensens, jam *Marsignos, Gothinos, Osos, Burios, Helveconas* aliosque enumerasset, tandem subjicit: *Trans Lygios Gothones regnantur, paulò jam addictius, quam cætera Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem. Protinus deinde ab Oceano Rugii & Lemovii, omniumque harum gentium insigne rotunda scuta, brevesque gladii & erga Reges obsequium*. Hic iterum removemus Reudignos, Aviones, Varinos, qui partim in Mechelburgico, partim in Luneburgico Ducatibus habitarunt. Remanent ergo tandem in Pomerania EUDOSES, SVARDONES, RUGII, LEMOVII, GOTHONES sive GOTHI, ut & secundum Micrælium, ANGLI & LONGOBARDI.

V. Iam populis illis, quos in Pomeraniâ hodiernâ olim habitasse diximus, singulis suæ sunt assignandæ sedes. Quod GOTHI, qui & GOTHONES dicuntur, habitarint in Pomeraniâ orientali, à nemine potest dubitari. Probatum à nobis id est alibi. Hic tantùm illud addimus, *Gothorum* sive *Gythonum* memoriam forsan adhuc durare in *Samogithis* populis Lithvanicis. Cum n. ex Pomerania Gothi in Prussiam essent progressi, facilè ex Sambia Prussorum in Samogitiam hodiernam migrare potuerunt, quæ etiam est conjectura Beutheri in Comment. ad Tacit. lib. de morib. German. pag. 206. Si tamen hoc verum est, certè & mores & lingvam immutarunt, ab Alanis, ut & Prussi olim nostri corrupti. Tennerunt autem Gothi secundum *Jornandem* Pomeraniam orientalem (quam Germani ulteriorem vocant, nobis autem est citerior,) ab Odera forsan usque ad Vistulam. Paulatim verò, cum in Prussiam aliasque regiones migrassent, locum reliquerunt aliis gentibus, adeò, ut tempore Taciti tantum in Pomerellia ad Vistulam amnem habitarint. Gothis conter-

termini fuere LEMOVII, iis videlicet in locis habitantes, ubi *Lauenburg, Bütau, Hele, Puzik*, ut & urbs Pomeranica *Stolpe* dicta reperiuntur. *Lemoviorum* vestigia deprehendas in urbe *Lauenburg*, ut & fluvio *Leve*. Eos à Scriptoribus post tempora Taciti viventibus appellatos fuisse HERULOS, probat Cluverus lib. III. Germ. Antiq. c. XXXV. Paulus Fridebornius *Lemovios* ponit in *Pomerania Occidentali* inter *Panim* & *Veram* lib. I. Chronic. Stetin. p 2. Idem etiam statuit Ph. Cluver. in Introduct. Geogr. lib. III. c. 2. sed sententiam mutauit, ut constat ex lib. III. Germ. Ant. c. XXXV. Et certè, si Taciti verba penitius inspiciantur, id asserendum esse videtur. Nam Tacitus incipiens ab Oriente, sic populos illos recenset: *Gothi, Rugii, & Lemovii, Reudigni, Aviones, Angli, Varini*. Ubi *Gothos* inter & *Lemovios* adhuc ponit *Rugios*. Sed melius ponuntur in assignatis à nobis locis. Tacitus etiam conjungit Rugios & Lemovios, adeò ut ex verbis Taciti nihil certi possit elici. Tertii (post Gothos videlicet & Lemovios,) versus occidentem sunt RUGII, quos Jornandes appellat *Ulmeruges*, ad differentiam aliorum Rugorum, qui dicti sunt *Ethelrugi*, & ponuntur à Jornande inter Scantiæ populos cap. III. de Reb. Geticis p. 612. Edit. Hug. Grotii. *Ethelrugos* alii dictos volunt, quasi die Edlen Rügen: Ulmerugos autem die Holm Rügen/ quod iterum diversimodè exponunt. Beutherus in Taciti Germ. p. 206. vocem Holm Veteribus Germanis insulam significare vult, indè etiam urbem Stockholm nomen traxisse dicit. Illos itaque Ulmerugos dictos fuisse vult, quia ex *Insula* Rugia fuerunt progressi in oras Pomeraniæ maritimas. Micrælius verò Ulmerugos dictos esse putat, quasi Holm und Strandt Rugianer / so im festen Lande gewohnet/ lib. I. Chron. Pom. num. 21. p. 35. Et certè melius sentire videtur Micrælius. Nam licet Holm & insulam & terram continentem possit significare, cum in genere notet einen ausgepfählten Ort in paludibus, quod & in insula & in terra continente fieri potest; hi tamen Ulmerugi non in insula, sed in terra continente habitabant, unde quoque postea in insulam, quæ hodiè Rugiæ nomen servat, commigrarunt, post tempora Taciti. Habitarunt

ullmerugi ad mare Balticum propè Vipperam amnem, qui eos dirimebat à Lemoviis, usque ad Oderam sive Viadrum, ubi hodiè Rugenwaldia, Coslinum, Colberga, Treptovia. Urbis etiam *Rugii* nomen conservari quidam volunt in urbe *Rugenvvaldiâ*, vel alia *Regenvvaldiâ* ad *Regam* fluvium sitâ. Micrælius tamen ex longitudine & latitudine loci à Ptolemæo observata colligit, Rugium urbem in illo loco fuisse sitam, ubi hodie urbs *Freyenvvalde* vel *Stargard* lib. I. Chron. Pom. num. 19. p. 28. Verum neque hoc certò ex Ptolemæo probari potest, cum Micrælius ipse concedat, Ptolemæum circa latitudinem maris Baltici, & per consequens horum etiam locorum errare. lib. I. Chr. Pomeran. num. 20. p 30. Conf. de Rugiis wolffg. Lazius lib. XII. de migrationib. gentium fol. 630. seqq. *Rugios* ab austro contingebant CARINI, & qui *Carinis* ab occidente fuerunt contermini, SIDINI. Maxima pars *Carinorum* Veterum jam subjecta est regno Poloniæ, & forsan Pomeraniæ non nisi exigua particula Veterum Carinorum accensetur: ea videlicet, ubi hodiè est urbs Neuen Stettin. SIDINI in hodierno Ducatu Stetinensi habitarunt, ut vel nomen ipsum indicat. Quamvis Cluverus *Sidines* includat *Drago* & *Viadro* fluviis, qui etiam eam partem Pomeraniæ occidentalis, ubi hodiè visuntur Stettin/ Gartz/ Prentzlau/ NVITHONES incoluisse contendit. EVDOSES Cluverus conjicit in illum locum, ubi hodiè *VVolgastum*, *Grypsvvaldia*, *Stralesundia*. SVARDONES in eo loco collocat Cluverus, ubi hodiè Anclamenses & Paswalcenses. Alii *Svardones* antiquos apud *Sverinenses* hodiernos in Mechelburgensi Ducatu reperiri existimant. Conf. *Jodoc.* Willichius in Tac. de Morib. Germ. Part. II. num. XIX pag. 606. seqq. Sed certa hic indicia non adsunt, quibus hæc vel approbare vel improbare possimus. ANGLOS Micrælius collocat in illo loco ubi urbs est *Anclam*, quos pedetentim in Ducatum Mechelburgicum ad Albim concessisse auguratur. Verum hæc mera tantum est conjectura, quæ non nisi levi convenientia *Anglorum* & *Anclamensium* nititur. Aliud etiam verba Ptolemæi supra citata indicant, quæ Anglos ad Albim habitasse referunt. Tacitus etiam, licet inter septem illas gentes etiam Anglos Hertham coluisse referat; cum tamen

men singulis illis gentibus sedes certas non assignet, nihil certi ex illo colligi posse videtur, adeoque hoc, quod Micrælius de Anglis asserit, in dubio relinquo. RUTICILII apud Ptolemæum post Sidinos memorantur usque ad Vistulam. Videtur itaque per *Ruticilios* intelligere omnes Pomeraniæ Orientalis populos, præsertim cum non faciat mentionem *Rugior. Lemovior.* & *Gothorum*, quos cis Viadrum in orientali Pomerania collocavimus. Ibidem tamen etiam ad *Asciburgium* montem Ptolemæus collocat CORCONTAS. Pars illius *Asciburgii* montis in Pomerania dicitur der Gollenberg. Cluv. lib. III. G. A. c. XXXII. Insulam, in qua *Hertha* Dea colebatur à septem illis populis, non insignit certo nomine Tacitus. Sine dubio tamen fuit insula, quæ hodiè RUGIA dicitur, in quam post tempora Taciti migrâsse videntur *Rugii*. LONGOBARDOS quoque Micrælius trahit in Pomeraniam, ubi etiam urbem eos condidisse atque à suo nomine *Barth* appellâsse refert. Probat id ex insignibus hujus urbis, in quibus caput humanum cum longa barba depictum visitur, lib. VI. Chron. Pomer. pag. *609*. Sed & hoc nullo nititur fundamento. Nam nemo Veterum Scriptorum Longobardos maris Balthici accolas fuisse tradit. Ptolemæus certè illos mediterraneos facit, ut ex supra citatis verbis ipsius apparet. Idem ex Taciti lib. de Morib. Germ. cap. XL. probari potest. Pauli Diaconi authoritas ab hac sententia nos dimovere non potest, utpote qui Scriptor fuerit jam recentior. Ad hæc incertum adhuc est, an *Longobardi* dicti sint *à longis barbis*, an verò aliunde nomen illud traxerint. *A longis* quidem *barbis* eos dictos esse, statuunt Isidor. lib. IX. Orig. cap. II. Otto Frising. lib. II. c. XIII. Guntherus lib. II. Ligurini, & alii. Sed alii Longobardos dictos esse volunt quasi die Landwarter, quod custodes sint Regionis. Ali à *longis bardis* i. e. bipennibus. Sed optimè sentire videntur, qui eos derivant à Celtica gente *Bardis*, qui fuere confines Holsatis, quorumque mentionem facit Helmoldus lib. I. Chron. Slav. cap. XXV. conf. Cornutus, vel quicunque ille sit Scholiastes in *Juvenal.* Sat. XVI. vers. *13* Henr. Meibom. in Not. ad Hist. Bardevici in pr. p. *152*. Frider. Bessel in Not. ad Eginharti cap. VI. pag. *27*. seq.

VI. Inventis jam Veteribus Pomeraniæ populis, sedibusque ipsorum

*Julius Cæsar nunqvam penetravit in Germaniam magnam, cujus olim regio Pomerania, licet nondum hoc nomine cognita fuit, aliter scribendum alii hoc nomen dicunt, VVollinumq; efferunt, qvod vulgò Julinum solent, Mart. Zeiller. descript. Pomer. p. 757. cujus* itinerarium Pomeran. *ipse Ricciolius non dubitavit laudare, Geograph. Reformat. l. 1. Isagog. p. 26. præter hanc adducitur ab Helmoldo Dimine, qvam l. 1. c. 2. civitatem l. eod. c. 65. munitionem, l. 2. c. 18. castrum vocat. De Stralesundo confer. Krantzius Vandal. l. 7. c. 5. ac de Stetino 5. Vand. c. 31 qvod non statim cum Sedinis (Sidinis) Ptolomæi cœpit, neq; origo ante sec. XII. qværenda, nec DIMIN Helmoldi cum SIDIN confundenda est. Stargardia primùm XIII seculo circundata est muro: Spectantq; huc Gartzium, Greiffenhaga, Prentzlovia, & similes Pomeraniæ urbes, de qvibus Vid. Jo. Micral. in Chron. Pom.*

# CHRISTOPHORI HARTKNOCH, Viri CLmi, ORIGINES POMERANICÆ.

## I.

IN Origines Pomeranicas inquisituri, tres Periodos ab aliis jam notatas, in sequentibus observabimus. *Prima* est veterum Germanorum. *Secunda* Slavorum. *Tertia* iterum Germanorum. Quod ad primam attinet Periodum, antiquitus ignorarunt Scriptores, quænam hunc tractum inhabitarint gentes. Herodotus certè (qui vixit tempore Artaxerxis Longimani Persarum Regis, Olymp. 84.) *de extremitatibus Europæ, quod pro comperto referat, non habere se testatur,* nisi quod tenui & dubiâ famâ quasdam gentes ad Eridanum fluvium habitantes, succinum colligere ipsi relatum sit. lib. III. qui dicitur Thalia mult. supr. med. pag. 234. Quæ Pytheas post Herodotum de his gentibus tradiderit, alibi ostendimus, cum de Originibus Prussicis ageremus. Iulius Cæsar post hæc multa quidem de *Suevis* memoriæ prodidit lib. IV. Comment. in pr. quæ Iohan. Micrælius ad suos quoque Pomeranos applicat; non posse tamen ea gentibus ad mare Balthicum habitantibus competere, probavit jam ante Philip. Cluverus lib. III. Germ. Antiq. cap. V. ibi

enim ostendit, per *Suevos* Iulium Cæsarem intelligere *Chattos* (qui hodie *Hassi*) Ubiis conterminos. Imò malè & hos à Cæsare appellari Suevos multis evicit argumentis. Idem ille *Julius Cæsar*, referente Æthico in pr. Cosmographiæ, *cum consulatus sui fasces erigeret, ex Senatus Consulto censuit omnem orbem jam Romani nominis admetiri per prudentissimos viros & omni Philosophiæ munere decoratos: A Consulatu Julii Cæsaris & M. Antonii usque in consulatum Augusti decimum annis XXIX. mensibus VII. diebus X. à Theodoro septentrionalis pars dimensa est.* Si hæc Æthici relatio vera est, confectæ fuerunt sine dubio tabulæ Geographicæ, quæ has oras Septentrionales, earumque incolas oculis Romanorum subjicerent. Sed mihi res hæc suspecta est, & quamvis authoritatem AEthici sequatur Clariss. Micrælius lib. 1. Chron. Pomeran. n. 8 mihi tamen religio non erit, hoc ipsum negare Ut enim jam illud prætercam, AEthicum, ut dubiæ ætatis, & fidei Scriptorem, non posse nobis certum testimonium perhibere, de re tam antiqua, hoc tantum commemorabo, ex Strabone fide digno Scriptore, qui sub Augusto & Tiberio Imperatoribus floruit, contrarium probari posse. Hic enim ad sua tempora has oras Romanis fuisse incognitas disertis verbis testatur. lib. VII. Geograph. circa pr. fol. 291. ubi Drusum Germanicum pervenisse refert, tantum ad insulam, cui nomen Byrcanis, in Oceano Septentrionali. Postea quoque refert alias quoq; gentes potuisse innotescere, *si Augustus militibus permisisset, ut transmisso Albi eo rebellantes persequerentur. Sed promptius censuit Augustus, se bellum, quod erat præ manibus, confecturum, si populos ultra Albim sitos ac nihil moventes missos faceret, neque irritatos maleficio ad societatem cum hostibus ineundam invitaret.* Et fol. 294. *Quæ*, ait, *trans Albim ad Oceanum sunt, nobis prorsus sunt incognita: Nam neque priorum quempiam compertum habemus istud litus præternavigasse versus orientem usque ad Caspii maris fauces. neque ultra Albim sita Romani adiverunt: sed ne terrestri quidem itinere quispiam illa perlustravit. Neque an tota illa in ora Oceani aliqua sit portio, quæ vel ob frigus vel alia de causa habitari nequeat: item an aliud genus hominum* Orientalibus *Germanis & Oceano sit interjectum, eadem ignoratio reliquorum deinceps ad Boream vergentium ab eo indicatur.* Ex quibus luce

luce clarius elucet, non fuisse tempore Iulii Cæsaris has oras Romanis cognitas. Addi his potest & Dio Cassius, qui Drusum Albim transire & has gentes peragrare volentem spectrum prohibuisse refert. Etenim mulier quædam humanâ amplior formâ ei obviam facta: *Druse*, inquit, *quò tandem nullum cupiditati tuæ modum statuens contendis? non tibi fatis concessum, hæc omnia videre.* Hæc Dio lib. LV. in princ. illud tamen concedimus Strabonem per *Butonas*, qui Moroboduo suppetias contra Romanos tulerunt, fortassis intellexisse nostros *Gutonas* sive *Gothos*, de quibus postea dicendi erit locus. Nam licet Romanis exactè non fuerit cognitum, quæ gentes, & qui mores ipsarum in his oris fuerint; potuerunt tamen à finitimis cognovisse vel etiam ex antiquis Scriptoribus hausisse nomen Guthonum sive Gothorum, quos hic habitasse crediderunt.

II Cum itaque post Strabonis tempora Septentrionales Germaniæ partes innotescere cœpissent, compertum est, SVEVOS Pomeraniam hodiernam incoluisse. Manifestum illud est ex Taciti lib. de Moribus Germ. post med. Lucanus etiam de Svevis ita loquitur lib. II. vers. 51.

*Fundit ab extremo flavos Aquilone Svevos*
*Albis, & indomitum Rheni caput.*

Videlicet habitarunt Svevi, latissima gens, magnam hodiernæ Germaniæ partem *à Danubio* usque *ad mare Balthicum*; Trans mare quoque Balthicum *Blekingiam, Sconiam* & *Hollandiam, Svediam, Norvegiam, Botniam Occidentalem, Finmarchiam, Scritofinniam, Lappiam & Biarniam*, uti has aliasque regiones enumerat Cluverus lib. III. Germ. Antiq. cap. XXIV. Sic itaque generale nomen Pomeranorum, quod ipsis cum multis aliis gentibus commune fuit, cognovimus, quod antiquitus dicti sint SVEVI. Probatur illud etiam exinde, quod mare Balthicum, cui adjacet Pomerania, olim dictum sit *Svevicum*, teste eodem Tacito lib. cit. cap. XLV. sed etiam quod fluvius Pomeraniæ præcipuus dictus sit olim *Svevus*, ut ex Ptolemæo patet, qui lib. II. Geogr. cap. XI. fol. 58. amnes in mare Balthicum se exonerantes hos enumerat: *Chalusum, Svevum, Viadrum, Vistulam.* Hic quidem inter Eruditos non convenit, quis amnis per Svevum sit intelligendus,

dum

Plinius enim ita hac de re loquitur: *Alterum genus Ingævones, quorum pars Cimbri, Teutoni à Cauchorum gente. Proximi autem* Rheno *Istævones, quorum pars Cimbri; Mediterranei Hermiones, quorum Svevi.* lib. IV. Nat. Hist. c. XIV. Quamvis non nesciam ab aliis ita apud Plinium legi: *Istævones, quorum pars Cimbri mediterranei: Hermiones, quorum Svevi.* Tacitus verò qui in his ex antiquioribus accuratissimus est: *Manno* ait, *tres filios assignant, è quorum nominibus proximi Oceano Ingævones, medii Hermiones, cæteri Istævones vocantur.* lib. de morib. Germ. cap II. Si itaque Hermiones medii fuerunt inter Ingævones & Istævones, non potuerunt certè in hodierna Pomerania habitasse. Illud, quod Plinius de Svevis dicit, quod sint pars Hermionum, ita intelligendum erit, quandam Sveviæ, latissimæ illius Provinciæ, partem mediterraneam fuisse partem Hermionum, quod de illa Sveviæ parte dici potest, quæ adhuc hodiè cis Danubium Svevico nomine insignitur. Multò enim latior fuit illis temporibus gens Svevica, ut patet ex Taciti lib. de Morib. Germ. cap. XLV. Plinius his in oris collocat *Vindilos* sive *Vandalos.* Inter Vandalicas autem gentes numerat *Burgundiones, Varinos, Carinos, Guttones*, lib. IV. Nat. Hist. cap. XIV. *Varinos* hic excludimus, qui in Mechelburgensi Ducatu olim habitarunt, ut & Burgundiones, qui Poloniam Pomeraniæ hodiernæ finitimam incoluerunt. Relinqvuntur itaque in Pomerania secundùm Plinium CARINI & GUTONES. Ptolemæus sic illas gentes describit: *A Chaluso fluvio usque ad Svevum tenent Pharodeni*(pro quibus Cluverus legendum putat Svardones) *post Sideni usque ad Viadum fluvium. Sub ipsis Ruticlii, usque ad fluvium Vistulam. Interiores autem atque mediterraneæ gentes maximæ sunt Svevi Angili, qui magis Orientales sunt, quam Longobardi, protensi ad septentrionem usque ad medium Albis fluvii. Tum Svevi Semnones qui habitabant post Albim à præfata parte versus ortum usque ad Svevum fluvium. Præterea qui protenduntur ad Buguntes, qui cætera tenent, quæ inde subseqvuntur usque ad Vistulam, supra quos etiam sub monte Asceburgio Corcontæ.* lib. II. Geogr. cap. XI. fol. 58. Ex his populis excludimus *Svevos Semnonas*, qui habitarunt in hodiernâ Marchiâ Brandenburgensi. Item *Burguntas*, qui iidem sunt cùm Burgundionibus. Relinqvuntur itaque

que SIDENI, RUTICILII, CORCONTÆ, & forſan etiam Longobardi & Svevi Angili. Vrbes his in oris apud Ptolemæum enumerantur: *Laciburgum, Virunum, Viritium, Rugium.* Ex quibus *Rugium* & *Viritium* Pomeraniæ adſcribimus. Tacitus fuſius recenſet has gentes. Numerat verò *Reudignos, Aviones, Anglos, Varinos, Eudoſes, Svardones* & *Nuithones*, quos *Hertham* i. e. terrã matrem colere dicit, cui nemus caſtum in inſula quadam dicatum fuiſſe affirmat. Deinde cum à Danubio verſus Septentrionem habitantes in Germania populos recenſens, jam *Marſignos, Gothinos, Oſos, Burios, Helveconas* aliosque enumeraſſet, tandem ſubjicit: *Trans Lygios Gothones regnantur, paulò jam addictius, quam cætera Germanorum gentes, nondum tamen ſupra libertatem. Protinus deinde ab Oceano Rugii & Lemovii, omniumque harum gentium inſigne rotunda ſcuta, brevesque gladii & erga Reges obſequium.* Hic iterum removemus Reudignos, Aviones, Varinos, qui partim in Mechelburgico, partim in Luneburgico Ducatibus habitarunt. Remanent ergo tandem in Pomerania EUDOSES, SVARDONES, RUGII, LEMOVII, GOTHONES ſive GOTHI, ut & ſecundum Micrælium, ANGLI & LONGOBARDI.

V. Iam populis illis, quos in Pomeraniâ hodiernâ olim habitaſſe diximus, ſingulis ſuæ ſunt aſſignandæ ſedes. Quod GOTHI, qui & GOTHONES dicuntur, habitarint in Pomeraniâ orientali, à nemine poteſt dubitari. Probatum à nobis id eſt alibi. Hic tantùm illud addimus, *Gothorum* ſive *Gythonum* memoriam forſan adhuc durare in *Samogithis* populis Lithvanicis. Cum n. ex Pomerania Gothi in Pruſſiam eſſent progresſi, facilè ex Sambia Pruſſorum in Samogitiam hodiernam migrare potuerunt, quæ etiam eſt conjectura Beutheri in Comment. ad Tacit. lib. de morib. German. pag. 206. Si tamen hoc verum eſt, certè & mores & lingvam immutarunt, ab Alanis, ut & Prusſi olim noſtri corrupti. Tenuerunt autem Gothi ſecundum *Jornandem* Pomeraniam orientalem (quam Germani ulteriorem vocant, nobis autem eſt citerior,) ab Odera forſan usque ad Viſtulam. Paulatim verò, cum in Prusſiam aliasque regiones migraſſent, locum reliquerunt aliis gentibus, adeò, ut tempore Taciti tantum in Pomerellia ad Viſtulam amnem habitarint. Gothis conter-

termini fuere LEMOVII, iis videlicet in locis habitantes, ubi *Lauenburg, Bütau, Hele, Puzik*, ut & urbs Pomeranica *Stolpe* dicta reperiuntur. *Lemoviorum* vestigia deprehendas in urbe *Lauenburg*, ut & fluvio *Leve*. Eos à Scriptoribus post tempora Taciti viventibus appellatos fuisse HERULOS, probat Cluverus lib. III. Germ. Antiq. c. XXXV. Paulus Fridebornius *Lemovios* ponit in *Pomerania Occidentali* inter *Panim* & *Veram* lib. I. Chronic. Stetin. p 2. Idem etiam statuit Ph. Cluver. in Introduct. Geogr. lib. III. c. 2. sed sententiam mutauit, ut constat ex lib. III. Germ. Ant. c. XXXV. Et certè, si Taciti verba penitius inspiciantur, id asserendum esse videtur. Nam Tacitus incipiens ab Oriente, sic populos illos recenset: *Gothi, Rugii, & Lemovii, Reudigni, Aviones, Angli, Varini.* Ubi *Gothos* inter & *Lemovios* adhuc ponit *Rugios*. Sed melius ponuntur in assignatis à nobis locis. Tacitus etiam conjungit Rugios & Lemovios, adeò ut ex verbis Taciti nihil certi possit elici. Tertii (post Gothos videlicet & Lemovios,) versus occidentem sunt RUGII, quos Jornandes appellat *Ulmeruges*, ad differentiam aliorum Rugorum, qui dicti sunt *Ethelrugi*, & ponuntur à Jornande inter Scantiæ populos cap. III. de Reb. Geticis p. 612. Edit. Hug. Grotii. *Ethelrugos* alii dictos volunt, quasi die Edlen Rügen: Ulmerugos autem die Holm Rügen/ quod iterum diversimodè exponunt. Beutherus in Taciti Germ. p. 206. vocem Holm Veteribus Germanis insulam significare vult, indè etiam urbem Stockholm nomen traxisse dicit. Illos itaque Ulmerugos dictos fuisse vult, quia ex *Insula* Rugia fuerunt progressi in oras Pomeraniæ maritimas. Micrælius verò Ulmerugos dictos esse putat, quasi Holm und Strandt Rugianer / so im festen Lande gewohnet/ lib. I. Chron. Pom. num. 21. p. 35. Et certè melius sentire videtur Micrælius. Nam licet Holm & insulam & terram continentem possit significare, cum in genere notet einen ausgepfälten Ort in paludibus, quod & in insula & in terra continente fieri potest; hi tamen Ulmerugi non in insula, sed in terra continente habitabant, unde quoque postea in insulam, quæ hodiè Rugiæ nomen servat, commigrarunt, post tempora Taciti. Habitarunt

men singulis illis gentibus sedes certas non assignet, nihil certi ex illo colligi posse videtur, adeoque hoc, quod Micrælius de Anglis asserit, in dubio relinquo. RUTICILII apud Ptolemæum post Sidinos memorantur usque ad Vistulam. Videtur itaque per *Ruticilios* intelligere omnes Pomeraniæ Orientalis populos, præsertim cum non faciat mentionem *Rugior. Lemovior.* & *Gothorum,* quos cis Viadrum in orientali Pomerania collocavimus. Ibidem tamen etiam ad *Asciburgium* montem Ptolemæus collocat CORCONTAS. Pars illius *Asciburgii* montis in Pomerania dicitur der Gollenberg. Cluv. lib. III. G. A. c. XXXII. Insulam, in qua *Hertha* Dea colebatur à septem illis populis, non insignit certo nomine Tacitus. Sine dubio tamen fuit insula, quæ hodiè RUGIA dicitur, in quam post tempora Taciti migrâsse videntur *Rugii.* LONGOBARDOS quoque Micrælius trahit in Pomeraniam, ubi etiam urbem eos condidisse atque à suo nomine *Barth* appellâsse refert. Probat id ex insignibus hujus urbis, in quibus caput humanum cum longa barba depictum visitur, lib. VI. Chron. Pomer. pag. *609.* Sed & hoc nullo nititur fundamento. Nam nemo Veterum Scriptorum Longobardos maris Balthici accolas fuisse tradit. Ptolemæus certè illos mediterraneos facit, ut ex supra citatis verbis ipsius apparet. Idem ex Taciti lib. de Morib. Germ. cap. XL. probari potest. Pauli Diaconi authoritas ab hac sententia nos dimovere non potest, utpote qui Scriptor fuerit jam recentior. Ad hæc incertum adhuc est, an *Longobardi* dicti sint *à longis barbis,* anverò aliunde nomen illud traxerint. *A longis* quidem *barbis* eos dictos esse, statuunt Isidor. lib. IX. Orig. cap. II. Otto Frising. lib. II. c. XIII. Guntherus lib. II. Ligurini, & alii. Sed alii Longobardos dictos esse volunt quasi die Landwarter / quod custodes sint Regionis. Ali à *longis bardis* i. e. bipennibus. Sed optimè sentire videntur, qui eos derivant à Celtica gente *Bardis,* qui fuere confines Holsatis, quorumque mentionem facit Helmoldus lib. I. Chron. Slav. cap. XXV. conf. Cornutus, vel quicunque ille sit Scholiastes in *Juvenal.* Sat. XVI. vers. *13* Henr. Meibom. in Not. ad Hist. Bardevici in pr. p. *152.* Frider. Bessel in Not. ad Eginharti cap. VI. pag. *27.* seq.

VI. Inventis jam Veteribus Pomeraniæ populis, sedibusque ipsorum co-

cognitis, jam ordo postulat, ut origines illorum quæramus. Antiqui Germani putarunt se esse αὐτόχθονες sive Aborigines i. e. gentem, quæ nulli alii genti originem suam debet, sed quæ ex illa ipsa terra genita est. Veteres enim non putabant ex uno parente genitos esse omnes homines, ut nos ex literis sacris docemur: sed multas gentes opinabantur ex ipsa terra prognatas esse, quod apud ipsos honori ducebatur. In hac sententia de Germanis Aboriginibus est Cornel. Tacitus lib. de Morib. Germ. cap. II. Sed, ut quilibet animadvertit, hæc sententia Taciti nobis, aliter è Scriptura S. edoctis, placere non potest. Igitur ut omnes alias gentes à Noacho ex Asia derivamus, ita etiam inde Germani nostri sunt deducendi. Notum est Noachum post universale illud diluvium inter tres filios *Sem*, *Cham*, *Japhet*, divisse terrarum orbem. *Semo* obtigit Asia, *Chamo* Africa, *Japheto* Europa nostra. *Japhetis* filius fuit *Gomer*, & hujus primogenitus *Askenas*. Hæc nobis ex *S*criptura S. de Originibus *E*uropæis innotescunt. Ex altera parte Germanorum Veterum sententia fuit, quam etiam antiquis carminibus decantabant *Thvisthonem Deum terrâ editum & filium Mannum* originem genti dedisse conditoresque ejus fuisse. Manno *tres filios assignant, è quorum nominibus proximi Oceano Ingavones, medii Hermiones. cæteri Istævones dicentur. Quidam autem licentiâ vestutatis plures Deo ortos, Marsos, Gambrivios, Suevos, Vandalos affirmant, ut* Tacitus loquitur l. c. Berosus verò de Thvisthone sive Thuiscone refert, *Janum Patrem hunc Tuisconem constituisse Regem Sarmatiæ à Ponto Euxino usq; ad Rhenum.* lib. I. pag. 10. & lib. IV. pag. 30. a. Hæc alii cum Sacra Scriptura conciliare volentes *Tvisthonem* illum putant fuisse ipsum *Ascenacem*, vel etiam *Ascenacis filium*, qui Germanicam condiderit gentem. Vid. Aventin. lib. I. Annal. Bojor. Iodoc. VVillich. in Comment. ad lib. Taciti de mor. Germ. pag. 423. Micræl. in Chron. Pomeran lib. I. num. 21. seqq. Quæ cum nitantur conjecturis satis probabilibus, hinc illa negare non audemus, præsertim cum meliora proferre nequeamus.

VII. Cum verò Germania vetus adeò late patuerit, ut etiam Daniam, Svediam & Poloniam hodiernam fuerit complexa, quæritur, utrum SVEVI in his sedibus, in quibus illos collocat Tacitus, primi fuerunt

inco-

incolæ, postquam ex Asia huc se Noachi posteri contulerunt, & utrum fines Veteris Sveviæ, statim ab initio tam latè fuerint extensi, atque ipsos extendit Tacitus: an verò ex aliqua parte Sveviæ Veteris progressi, alijs incolis prioribus expulsis, fines suos postea dilatarint. Sunt enim, qui nescio quibus argumentis inducti, *Svevos* ex *Svedia*, ortos, Germaniam hodiernam intrasse volunt, quod & non ita pridem asseruit Vir quidam Clarissim9 in Dissert. de Reb. Svevo-Goth. num. 8. Hic enim cũ de geminis *Scanziæ* populis, *Gothis* videlicet et *Sveonib9*, asseruisset, quod *Gothi* varias susceperint migrationes: *Sveones* verò in Scantia regnũ suum stabiliverint, adjicit: *Nec tamen in solidum negabo antiquis illis temporibus migrasse Sveones, ut quorum posteros fuisse Svevos haut fas sit dubitare. Finitimos coluisse Veteres tabulæ signant: propinquos fuisse historia demonstrat.* Et antea num. 2. Rerum Sveo Goth. dixerat: *Nec verò præteriemus, Svedos etiam quandoque sedibus suis egressos regnum apud exteros condidisse ac Svevorum nomine venisse avo Jornandis qui p. 125. de Reb. Gothicis commemorat Theodorici Gothorum Regis cognatum, & ut plane loquar, ab una stirpe & gente oriundum fuisse: Assentiuntur ex Doctis Reinerus Reineccius, Franciscus Gvillimannus. Joh. Stumpfius Viri insignis judicii & accurationis, cumque his fermè omnes rerum Svevicarum conditores. Peterm. Etterlinus Felix Faber & Mart. Crusius.* Hæc ille. Sed hæc probare nos non possumus. Si enim Svevi ab Askenace oriundi sunt, certe Svediam hodiernam ingredi non potuerunt nisi per Germaniam. Etenim *Prussiam, Curlandiam, Livoniam, Finlandiam* antiquissimis temporibus tenuerunt *Venedæ* aliæque *Sarmaticæ* gentes, ut à nobis in Originibus Prussicis demonstratum est, igitur Sveones per Sarmatas non potuerunt usque in *Svediam* hodiernam penetrare. Satius itaque est, ut dicamus, Svevos, postqvam ex Asia progressi sunt, primò in Germania Cisbalthiana, quam vacuam invenerunt, consedisse, ibique auctos mari Balthico transmisso Scandinaviam occupasse. Adeoque Sveones Germanis cisbaltianis, non verò Germani Sveonibus originem suam debent, uti hoc egregiè diducit Joh. Micræl lib I. Chron. Pom num. 28 Pag. 45. Neque nobis objici potest illud, quod ex Sabellico habet Joh. Bœmus Aubanus, videlicet *Svevos* primos fuisse Prussiæ incolas, lib. III. de Moribus Gentium cap. XVI. ideòque ex Prussia

po-

potuisse in Svediam commigrare, inde vero in Germaniam. Non potest, inquam, hoc objici, cum citati Scriptores multò sint recentiores, quam ut ipsis fidem habere possimus, de rebus adeò antiquis; præsertim cum aliis non desint argumenta, quæ Venedas primos fuisse Prussiæ incolas evincunt. Allegatos à Viro clarissimo Scriptores evolvere non putavi esse operæ precium, præsertim cum mihi cognitum sit, quosdam ex illis contrarium asserere. Certè Martin. Crusius Part. I. Annal. Svev. lib. VI cap. II. fol. 135. disertis verbis asserit, *Svevos Germanos transiisse in Svediam.* Reinerus Reineccius *Svevorum* populum facit *Sviones*, quos deinde Svecorum sive Svedorum facit parentes. Part. III. Syntagmatis Heroici fol. 434. Addit ibidem sequentia verba: *Nec dubitarim de Svedis & Sveonibus, nomen à Svevis esse, sed prolatione seu sono nonnihil variatum.* Etiamsi verò omnes illi pro Viro Clarissimo facerent, liceret tamen nobis eosdem hic ut recentiores rejicere. His omnibus inducti Svevos in Germania Cisbalthiana agnoscimus αὐτόχθονας, sive Aborigines, non quidem eo sensu, quat. αὐτόχθονες dicuntur, qui à nullo alio sunt oriundi, sed ex ipsa terra sunt nati. (Novimus enim, Germanos fuisse à Noachi posteris ortos) Verum in alio significatu, quat. Aborigines dici & illis in more positum est, qui licet Nepotibus Noachi Originem suam debeant, non sunt tamen ab alterius Regni incolis prognati, sive, ut Taciti verbis utamur, *qui minimè aliarum gentium adventibus & hospitiis mixti sunt.* in lib. de Mor. Germ. cap. II.

VIII. In specie verò de GOTHIS magna est controversia, unde illi sint oriundi. Alii *Gothos* deducunt ex *Sarmatia*, ut Matth. à Michov. lib. I. de Sarmat. Asiana & Europ. cap. XI. fol. *131.* Tom. I. in Corp. Hist. Polon. *Jodocus* Lud. Decius lib. I de Vetustat. Polonorum fol. *270.* ut & Paul. Piasecius in Chronico. fol. *56.* (48.) Alij ex *Scandinavia*, officina illa Gentium & Vagina Nationum, ut illam appellat *Jornandes*, Gothos deducunt, ut *Jornandes* lib. de Reb. Goth. cap. IV. probatque illud non tantum ex Ablavio & Dexippo, sed etiam ex antiquis Gothorum carminibus. Hunc seqvuntur alii magno numero Scriptores. Alii Gothos ex Scanzia oriundos esse negant, & per Conseq. in Pomerania fuisse ipsos αὐτόχθονας affirmant, ut Anton.

Bon-

Bonfin. Dec. I. Rer. Hung. lib. II. fol. 33. 35. 41. Edit. Basil. & Ph. Cluver. lib. III. Germ. Antiq. cap. XXXIV. Notatur propterea Cluverus noster à Viro quodam Clarissimo, qui ipsum in Differt. de Reb. Sveo-Goth. num. 6. *sæpe intempestivè audacem Virum* appellat. Conf. & n. 2. Differtationis citatæ. Verùm non est, ut Virum de Republ. literaria optimè meritum hîc insectemur. Certè ut Svevorum in Svediam ingressum ex Germania asseruimus esse factum, ita etiam de Gothis idem asserere non veremur, cum nulla alia detur via, quâ commodius in Svediam traumittere potuerint. Deinde Gothos, jam ducentis ante Christum natum annis in his oris succinum collegisse testatus est Pytheas apud Plinium. Quod verò Gothi eo tempore Svediam tenuerint, non probabitur ex ullo Scriptore, qui ante Christi tempora vixit. Dexippus & Ablavius, quos sequitur *Jornandes*, multò sunt Pytheâ juniores, Antiqua illa Carmina Gothorum, an habuerint aliquid de migratione suæ gentis è Scanzia sive Scandinavia, adhuc incertum est, cum *Jornandes* illa Carmina tantum allegare videatur de migratione Pontica, quæ facta est ex Pomerania: hæc enim sunt ejus verba: *Hæc igitur pars Gothorum, quæ apud Filimer dicitur in terras Ovim emensa amne transposita optatum potita solum. Nec mora illico ad gentem Spalorum adinveniunt, consertoque prælio victoriam adipiscuntur: exindeque jam velut victores ad extremam Scytiæ partem, quæ Pontico Mari vicina est, properant: quemadmodum & in priscis eorum carminibus penè Historico ritu in commune recolitur: quod & Ablavius descriptor Gothorum gentis egregius verissimâ attestatur Historiâ.* Jornand. cap. IV. de Reb. Geticis. *Johannes* Micrælius, ne *Jornandis* authoritatem prorsus in dubium vocet, mediam sequitur sententiam. Nimirum dicit, antiquissimis temporibus Gothos ex Germania migrasse in Svediam, quoniam nulla alia via reperiri potest, quâ ingressi sint in Scanziam: postea verò, quamvis dubiè concedit, partem quandam eorum ad cives suos regredi potuisse in Pomeraniam lib. I. Chron. Pom, n. 32. p. 55. seq. Eâdem ratione LONGOBARDOS quidam ex Scanzia deducunt. Sequuntur hi Ducem Paulum warnefridum Sec. IX. Scriptorem, qui hæc de Longobardis tradit lib. I. de gestis Longobard. cap. II. Eadem habent Theopha-

nes Græcus, ut & Constantinus Porphyrogenetus, citati ab Hug. Grotio in Proleg. ad Hist. Vandalicam, Longobardicam & Gothicam, cum quibus & ipse facit l. c. pag. 27. & seq. Verùm hæc faciliori adhuc negotio refutari possunt, quam ea, quæ de Gothis afferrebantur, cum ea de re neque *Jornandes*, neque Procopius Sec. VI. Scriptores quicquam habeant. Paulus Diaconus, qui ab illis temporibus est remotior, non poterit ejus rei idoneus esse testis. Cùm autem Longobardi in Pomerania non habitarint, plura de ipsis addere non attinet. Non defuerunt tandem, qui has gentes Pomeranicas etiam ex aliis oris accerserent. Ut enim jam in Originibus Prussicis ostendimus, non defuerunt, qui à MACEDONIBUS & ALEXANDRI M. posteris Rugios aliasque gentes deducerent. Primum hujus fabulæ authorem fuisse VVitechindum Corbejensem Monachum deprehendo, qui hæc in pueritia audivisse se testatur lib. I. Rer. Saxon. in pr. quamvis de Rugiis nullam faciat mentionem, quos alii addunt, ut Abbas Stadensis ad An. *917*. p. *99*. Gobelinus Persona in Cosmodr. æt. V. c. *11* fol. 105. Horum ultimas Macedonas iter suum in Rugiam, Prussiam & Saxoniam navibus instituisse per mare Caspium, crasso sanè errore, tradidit. Aliam adhuc viam Macedonas elegisse refert Godfridus VViterbiensis in Chron. Part. 15. fol. 421. cujus versus licet incultos hic dabimus. Sic autem ille:

*Nunc bene procedo, dum tempora Saxonis edo,*
*Saxo velut credo, Patria fuit ante Macedo*
*Regis Alexandri miles ubique fuit.*
*Rege diem functo tulit à Babilone meatum*
*Circuit Italiam ratibus veniens Arelatum*
*Siciliaq; Pharon transit in Oceanum:*
*Inde per Oceanum Britannica littora transit*
*Guisera Saxonica terminus ejus erat. &c.*

Sed hæc recensere, refutare est. Prius enim coacti fuissent terrestri itinere usque ad mare mediterraneum contendere, quod an ob illam causam, ob quam illi hanc migrationem instituisse dicuntur, fieri potuerit, valdè dubito. Cœtera jam lubens prætereo. Ex quibus iterum elucet, veteres Pomeraniæ populos non fuisse advenas,

ne-

neque aliarum gentium adventibus mixtos.

IX. *Jam* pergimus ad secundam Periodum, quam VENEDICAM sive SLAVICAM fuisse diximus. *Slavi* enim sive *Venede* in locum Svevorum & *Vandalorum* successerunt. Horum migrationem in has oras strictim commemorabimus. Habitarunt *Venede, Sarmatica gentes,* primis à Christo Nato Seculis in ripa Vistulæ Orientali, usque ad Sec. VI. Nam eo adhuc Seculo *Jornandes* de ipsis loquitur. *Introrsus*, inquit, *Scythia Dacia est ad coronæ speciem arduis Alpibus emunita. Juxta quorum sinistrum latus, quod in Aquilonem vergit & ab ortu Vistulæ fluminis per universa spacia venit, VVinidarum natio populosa consedit. Quorum nomina licet nunc per varias familias & loca mutentur, principaliter tamen Sclavini & Antes nominantur. Sclavini à Civitate nova & Sclavino Rumunensi, & lacu, qui appellatur Musianus, usque ad Danastrum & in Boream Viscla tenus commorantur. Antes verò, qui sunt eorum fortissimi, qui ad Ponticum mare curvantur, à Danastro extenduntur usque ad Danubium.* Hæc ille lib de Reb. Get. cap. V. p. 615 Eodem Sec. VI. sub *Justiniano* I. Imperatore Istro transmisso primas in Thraciam & Illyricum excursiones fecerunt Slavi. Vid. *Jornand.* lib. de success. Regnor. & temp. in fin. prorsus. Procopius lib. III. de Bello Gothico passim: De iisdem irruptionibus Blondus Flavius Forojuliensis: *Cum Slavi,* inquit, *Histriæ imminerent, ejus Provinciæ Episcopis scribit:* (Gregorius I. Pont. Rom.) *Equidem de Sclavorum gente, quæ vobis imminet, & affligor vehementer & turbor. Quanquam verò Gregorius plura de hac Slavorum in Istriam irruptione non scribat, tamen nos compertum habemus, eam gentem, quam ultra Danubium sedes habere & socerum filiumque Mauritii illis expositos fuisse diximus, tunc primùm oram Adriatici sinus dextri litoris occupasse, & ita habitationem in ea continuasse, ut quicquid prius Histria & Dalmatia dicebatur, ad tempora usque nostra dicatur Sclavonia. Nec tamen omnis illa gens reliquit primas ad Danubium sedes quin iidem mutato nomine magnam obtinent partem illius regionis. Siquidem locutionis similitudo ac penè proprietas ostendit, eos, qui nunc Poloni & Bohemi dicuntur, ex Sclavinorum reliquiis fuisse:* Hæc Blondus in Hist. ab Inclinatione Romanorum Decad. I. lib. VIII circa fin. fol. 115. Edit, Basil. An. 1559. Cum itaque

que Slavis in Thracia, Dalmatia, Istria benè res successissent, videntur circa finem Sec. VI. aut principium Sec. VII. Germanorum Veterum provincias ad mare Balticum occupasse. Nam cum Sec. V. post Christum Natum, *Gothi, Vandali, Rugii, Angli, Burgundiones*, quos deinde secuti sunt *Longobardi* sedibus suis exciti, *Italiam, Galliam, Hispaniam, Africam, Britanniam* inundassent, totumque hunc tractum ad mare Balticum fermè vacuum reliquissent, facilè *Venedi*, non advertentibus fermè aliis gentibus, illa loca potuerunt occupare. Vid. Crom. lib. I. de Ortu & Reb. gest. Polon. per tot. Henricus Bangertus in Not. ad Helmoldi lib. I. Chron. Slav cap. II.

X. Quo tempore Slavi Pomeraniam intrarint, probatum est à nobis. Cum verò quam plurimæ fuerint gentes Slavicæ, adeò, ut præter Polonos, Russos, Bohemos, Hungaros aliosque, in sola Germania hodierna Slavi fuerint in octodecim pagos sive regiones distributi, testibus Adamo Bremensi lib. II. Hist. Eccl. cap. XIII. pag. 54. Helmoldo lib. I. Chron. Slav. cap. XIV. fin. & Alberto Stadensi ad an. 984. pag. 110. b. ideò indicandum nobis est, quænam ex gentibus Slavicis hodiernam olim insederint Pomeraniam. Optimè nos hoc edocere potest Adamus Bremensis Sec. XI. Scriptor. *Populi Slavorum*, inquiens, *sunt multi, quorum primi ab occidente confinis Transalbianis sunt VVagrii* (waigrij in hodierna Holsatia) *eorum civitas Aldenburg maritima. Deinde sequuntur* Obotriti (*Mechelburgenses*) *Item versus nos Polabingi* (Razeburgenses) *ultra quos Lingones* (Lineburgenses) *& VVarnabi* (Rostochienses) *Mox habitant CHIZINI & CIRCIPANI quos à THOLOSANTIBUS & RHETARIS fluvius Panis separat & Civitas Dimine. Ibi est Terminus Hamaburgensis Parochiæ. Sunt & alii Slavorum populi, qui inter Albiam & Oderam degunt, sicut Heveldi, qui juxta Haliolam fluvium & Doxani, Liubuzi, VVilini & Stoderani cum multis aliis. Inter quos medii & potentissimi omnes sunt RHETARII, civitas eorum vulgatissima RETHRE, sedes Idololatriæ. Templum ibi constructum est dæmonibus magnum, quorum Princeps Redigast. Ultra LEUTICOS, qui alio nomine VVILZI dicuntur, Oddera flumen occurrit. Oddera vergens in Boream per medios VVinulerum* (*Vendorum f. Vinidarum vel Slavorum*) *transit populos, donec perveniat ad JUMI-*

NEM

*NEM, ubi POMERANOS dividit à VVILZIS. lib. II. Hist. Eccl. cap. XI. pag. 50. seq.* Helmoldus quoque cum ibid. dixisset, *Odoram transire per medios VVinulorum populos & dividere* POMERANOS *à* WILZIS. Addit inter alia: *Post Odora lenem meatum & varios Pomeranorum populos ad occidentalem plagam occurrit VVinulorum provincia eorum, qui THOLENZI & RHEDARI dicuntur, civitas eorum vulgatissima Rethre sedes Idololatriæ. Deinde venitur ad CIRCIPANOS & KIZZINOS, quos à THOLENZIS & RHEDARIS separat flumen Panis & civitas DIMINE. Kizzini & Circipani cis Panim, Tholenzi & Rhedari trans Panim habitant. Hi quatuor populi à fortitudine VVILZI sive LUTIZI appellantur.* Deinde etiam Rugiam numerat inter insulas Slavicas lib. I. Chron. Slav. c. II. Conf. Albert. Cranzius l. II. VVandal. cap. XX. fol. 38. Ex quibus jam patet, *Pomeraniam* antiquis temporibus dictam fuisse illam tantum Pomeraniæ hodiernæ partem, quæ est inter *Oderã s. Viadrum & Vistulam*. In reliqua parte, Occidentali videlicet, habitabant *VVilzi* sive *Lutici* in quatuor populos divisi, ut in *Kizinos* & *Circipanos*: item *Rhedarios* & *Tholenzios* distinctos à se invicem per fluvium Panim, qui tamen inter Pomeranicas gentes non censebantur. Nisi quod per varios Pomeranorum populos Helmold. adhuc alios populos intelligere videatur, ut *Sidinos* aliosque. Hoc tandem addendũ est, illam Pomer. Partem, quæ Vistulam attingit, dictam fuisse à Slavis CASSUBIAM, cujus tamen nominis Adamus Bremensis, Helmoldus, Albertus Stadensis mentionem nullam faciunt, forsan propterea, quia ipsis hæc ora, ut remotior, non fuit benè cognita. Imo neque apud Vincentium Kadlubkonem Scriptorem Historiæ Polonicæ, qui sec. XII. à Chr. N. vixit, illud nomen me legisse memini. Primus, nisi fallor, illius nominis mentionem facit *Joan.* Dlugossus. Sec. XV. sub Casimiro *Jagellonide*. Obiter hic notandum, non solos populos Venedicos in enumeratas Provincias Germanicas commigrasse; nam cum Venedis sine dubio huc etiam Prussi Veteres, (sive illos ab Alanis, sive à Finnis, sive ab Herulis derives) sunt ingressi, ut hoc evidenter probari potest ex lingva Werulorum in Meklenburgensi Ducatu. Quod si enim Orationem Dominicam ipsorum (ut illam tradit Wolffgangus Lazius lib. XII. de Migr. gent. f. 628.) conferas cum oratione Do-

Dominica, quam nos, linguâ veteri Prusſicâ expreſſam, dedimus, in Originibus Prusſicis n. V. ſponte fateberis, Werulos illos cum veteribus Prusſis unam habuiſſe originem.

XII. Quid nomina illa *Pomeranorum, Caſſubianorum, VVilzorum* (qui & *Lutitii* & *VVelatabi* dicebantur) ſignificent, jam paucis inquirere lubet. Circa nomen Pomeranorum *Joannes* Micrælius, neſcio qua de cauſa, Slavicas gentes averſatus, multa comminiſcitur, ut illud à Germanico derivare poſſit. Dicit enim, Pomeranos eodem modo, ut *Dithmarſos, Stormarſos, VVismarſos, Colmarſos* appellari. Marſer ſunt incolæ alicujus Regionis eines Mohres oder Landes. Inde Pomeranos eosdē eſſe vult atque accolas arborū, quaſi dicas, Bohmmarſer. Producit etiam aliam adhuc conjecturam. Scilicet probabile eſſe dicit, Pomeranos ab antiquis Svevis dictos fuiſſe Pohmarer/ quaſi dicas Beym oder Peim Meere/ex quo Vendos deinde feciſſe ſuum *Pomorska*, i. e. Pomerania, & *Pomorski* adjectivum. Ita hac de re diſſerit Micrælius lib. II. Chron. Pomer. & lib. VI. Chron. Pomer. n. 3. p. 380. Sed antiquum hoc fuiſſe gentis nomen à Svevis impoſitum, nemini forſan parſuadebitur, cum apud Veteres, qui has oras deſcripſerunt, nullum hujus nominis occurrat veſtigium. Et quomodo probare potuit Micrælius, apud quenquam, etiam ſequioris ævi Scriptorem, occurrere nomen *Bomarſorum* vel *Pomarorum*. Nomen quidem *Pomerii* occurrit apud Guntherum in Ligurino lib. IV. circa princ. fol. 364. ſed hoc propter metrum factum eſt; quamvis & Franc. Irenicus illo ſit uſus lib. XII. Germ. Exegeſeos fol. 220. b. in. Lit. P. Sed de Bomarſis, quantum mihi conſtat, nihil reperitur. Melius itaque hoc nomen exponunt alii, qui dicunt eſſe illud originis Slavonicæ & ſignificare *maritimos* populos ſive *maris accolas*. POMORZANIE, ait Dlugoſſus, *dicuntur eò, quod maris ſeptentrionalis oram maritimam incolebant, à quibus terra Pomerania eſt denominata.* Tom. I. Annal. Polon. lib. I. fol. 44. Idem habet Matth. à Michovia lib. I. Chron. Polon. cap. II. fol. 8. ut & Cranzius, Chytræus, Carion & alij plurimi. Nec diſſentit Paul. Frideborn. Chronici Stetinenſis Scriptor, qui lib. I. Chron. Stetin. p. 8. Pomeranos dictos eſſe vult, quia habitarunt propè mare (nechſt am Meer.) Idem habet

Dan.

Dan. Cramerus l. I. Chron. Pomer. Eccl. cap. IX fol 11. Imò quod hic maximè notabile esse existimo, jam Sec. XII post. Ch. N. Poloni illud nomen non aliter intellexerunt. Nam Vincentius Kadlubko propterea Pomeraniam non rarò simpliciter vocat MARITIMAM. ut lib. II. ep. XXIX. p. 222. l. III. ep. V. p 261. Ep XV. p. 292. l. IV. cap. II. p. 394. *Boleslaum* etiam *Crivoustum* appellat invictissimum Polonorum & *Maritimorum* monarcham. l. III. ep. V. pag. 260. Pomeranos etiam simpliciter appellat *Maritimos*, quæ propriè ex Slavonico hujus Provinciæ nomine translata sunt. Sed objicit Micrælius, ex Polonis audivisse se, particulam *po* non esse idem, quod Germanicum bey/ sed bey esse Polonis *u*, adeoque bey dem Meer dicendum esse *u morza*, non verò *po morza*. Verum hæc ex ignorantia Linguæ Polonicæ fluunt. Et licet concederetur, *po* non significare idem, quod bey/ nihil tamen communi sententiæ decederet, cum notum sit, aliquando vocem aliud extra compositionem, aliud in compositione significare. Ita si quis quæreret, utrum particula *in* significet idem, quod *non*, neganda esset quæstio, etiamsi in compositione maximè vim negandi habeat ut in vocibus, *innocens, inconstans, &c.* Sic etiam particula *po*, licet extra compositionem nihil aliud significaret, quam auff/ ut vult Micrælius (quod tamen Poloni aliter norunt) ast in compositione idem significare, quod bey / ut certè significat in sequentibus vocibus *Poziemny*, qui propè terram est, unde *fraga*, quæ ad terram nascuntur, appellari solent *Poziemki*. Item *Polcotzny*, quod idem est, ac ille, qui in angulo latet. Similiter *Polabianie* (Polabrani Slavica gens ad Albim] dicuntur accolæ fluminis *Labe*, i. e. *Albis*. Non secus *Porussos* vel contractè *Prussos* dictos esse existimo, quam quod fuerint accolæ *Russorum*, ut alibi ostensum est. CASSUBIORUM nomen etiam Slavonicum esse, multi docent. *Kaszubianie*, ait Dlugoss. *à plicatione rugarum in vestimentis, quibus primum vestiri consveverunt. Huba enim in Polonico sive Slavonico dicitur Ruga. Kasz autem dicitur plica in modo imperativo* lib. I. fol. 44 Eadem habet Matth. à Michovia lib. I. I. Chron Pol. cap II. fol. 8. Tom. II. in Corp. Hist. Polon. Consentiunt his Carion. lib IV. Chron. non long. à pr. Micræl. lib. VI. pr. Tandem WILCI, qui

&

& LUTICI, ſive etiam VELATABI dicti ſunt, nomen à fortitudine ſortiti eſſe referuntur, ut ſupra Helmoldum audivimus teſtantem; qua ratione autem illud à fortitudine derivari poſſit, non abs re quiſpiam dubitaverit. Hoc quidem certum eſt, quod Slavis *VVilk* idem ſit, quod *Lupus*, & in numero Plurali *VVilci*, idem quod *lupi*. Inde igitur poſſent derivari, ac ſi eſſent *lupinâ rapacitate*, vel etiam *robore* præditi: ſed obſtat Veterum Hiſtoricorum authoritas, qui à Francis eos fuiſſe *VVilzos* appellatos affirmant: à Slavis verò *VVelatabos*. Sic enim Eginhardus, qui Sec. IX. floruit, loquitur: *His motibus ita compoſitis, Sclavis, qui noſtrâ conſuetudine VVilſi, propriè verò, hoc eſt ſua linguâ VVelatabi dicuntur, illatum eſt bellum.* In Vita Caroli M. cap. XII. pag. 45. Gemina hic habet Conradus à Lichtenau, Abbas Urſpergenſis in Chron. ubi de Carolo M. agit fol. 176. Edit. Argentorat. An. 1537. Derivare igitur poſſumus vocem illam *VVelatabi* à Slavonico *VViele*, i. e. *multum*. ita, ut *VVelatabi* dicantur iidem, qui *VVielodzieliri* i. e. *Magnifici*, & qui maximas res geſſerunt. Forſan etiam Franci hoc nomen *VVilci*, quod ſciebant eſſe Slavonicum, his populis impoſuerunt, cum tamen Slavi hoc nomen averſarentur, *VVelatabos* ſeſe appellantes. Unde *Lutitiorum* nomen derivetur, vix poterit à quoquam determinari.

XIII. A Slavis itaque *Pomerania* nomen Provinciæ huic impoſitum eſſe, ex dictis, ut puto, manifeſtum erit. Sed & illud dubio non caret, quo tempore illud nomen huic Provinciæ fuerit impoſitum. Non fuiſſe nomen illud à primo Slavorum in has oras ingreſſu uſitatum, ſuſpicatur Vir quidam Clariſſimus in Diſſertat. cui titulum fecit: *Origines Pomeranicæ*. Sed quoniam quædam in ipſius verbis deſideramus, placet ipſa verba Viri Clariſſimi audire: *De Carolovingico, aut, ævo omnis poſteritas in manibus habet Chronica, Annales, Diplomata, in quibus nihil eſt invenire de vocabulo Pomeranorum. Occurrunt Abotriti, Sorabi, Hevelli, VVilzi, cumque his Smeldingi ſive Simeldingi & Linoves ſeu Linones. A Franc. Pith. ad Ann. 808. & Scriptor Vitæ Caroli M. pag. 271. Suurbi. ib. pag. 255. ſed de Pomeranis nihil ſcio, quod occurrat. Neque eſt, cur aliter exiſtimem, de ſeculo, quod proximum eſt ſcil. X. niſi tamen omnis cura, qua in hoc excutiendo uſus ſum, me fallit, ful-*

*fulcitque ſententiam hanc, quod Pomeraniæ inſignior portio Slavaniæ usq; ad Penem fl. dicta ſit. Alb. Stad. ad An. 971. idem ad An. 984. VVinulos memorat, quorum primos vocat Pomeranos ſuâ ætate Helmoldus lib. I. c. 11 Nec multo poſt Slavos ſubjicit Stadenſis: altum verò ibi ſilentium eſt de Pomeranis.* Et poſtquam nonnulla de Origine nominis Polonici ſubjeciſſet, addit: *At, verò non attinet hæc declarari magis, qui non dubitemus amplius, ſub tempus Henrici IV. Imperatoris invaluiſſe hoc nomen & Sec. XII. uſu magis tritum ad poſteros dimanasſe.* Hæc ille. Hic primò dicimus, non ſatis firmiter concludi, nomen Pomeraniæ nondum Sec. IX & X. fuiſſe exortum, quia à Germanicis Scriptoribus ejus nulla fit mentio. Nam ex ſuperioribus jam conſtat, Pomeraniam illis Seculis tantum dictam fuiſſe illam Pomeraniæ hodiernæ partem, quæ eſt inter Viadrum & Viſtulam: illos verò, qui occidentalem partem hodiernæ Pomeraniæ incolebant, aliis fuiſſe inſignitos nominibus. Conſtat etiam ex eorum temporum hiſtoria, Pomeranos in ſpecie ita dictos non fuiſſe ab Impp. Romanis bello unquam petitos. *VVilzi* quidem ſive *VVelatabi*, ſub quibus *Chizzini, Circipani, Redarii* atque *Tolenzii* comprehenduntur, à Carolo M. ut & aliis ſequentibus fuiſſe ſubjugati perhibentur: Vid. Eginhardus in Vita Caroli M. cap. XII. VVitechindus Monachus Corbejenſis lib. I. de Reb. geſt. Saxon. mult. ſupr. med. fol. 16. Annales Francorum Fuldenſes Tom I. apud Marqu. Freher. An. 1600. Francof. ad An. 789. Regino Prumienſ. l. II. Chron. ad An. 789. f. 31. Guntherus in Ligurino lib. IV. circa princ. Abbas Stad. pag. 83. Abbas Urſperg. in Car. M. fol. 176. Et alii. Sed quod Carolus M. aut Succeſſores ejus Oderâ transmiſſo ad Pomeranos ſubigendos progreſſi ſint, non facilè apud authores antiquos invenias. Cum itaque illis temporibus Pomerani Germanis neque beneficio neque injuriâ fuerint cogniti, facilè eos præterire poterunt. Primus Imperatorum, cui aliquid negotii cum Pomeranis intercesſit, videtur fuiſſe *Otto* III. circa fin. Sec X. qui cum *Boleslaum* I. Chrobri Regem Polon. inviſeret, Gneſnenſi Archiepiſcopo dicitur Reinbertum Sanctæ Cholbergenſis Eccleſiæ Epiſcopum ſubjeciſſe. Dithmar. Mersburg. lib. IV. Chron. p. 83 Edit. Helmſtad. *Joach. Maderi.* Sed quoni-

niam de bellis, quæ *Boleslaus* & ipsius filius *Misico*, sive ut vulgò dicitur, *Mieceslaus*, cum *Pomeranis* gesserunt, nullam facit mentionem, itidem non est mirum, quod nomen Pomeraniæ apud ipsum non occurrat. Eodem autem Sec. XI. M. Adamus Bremensis, dum de gentibus Slavicis sibi scribere proposuit, maximè Pomeranos etiam inter gentes Slavicas numerat, quem etiam, ut & in aliis, sequitur Helmoldus, ut supra vidimus. Si itaque Adamus Bremensis Sec. XI. & Helmoldus Sec. XII. Pomeranorum mentionem faciunt, cur igitur laudatæ dissertationis Auctor miratur, apud Albertum Stadensem qui demum Sec. XIII. vixit altum esse de Pomeranis silentium? Quamvis neque hoc satis accuratam Viri Clarissimi curam ostendat. Nam Albertus Stadensis loco cit. nihil peculiare de his gentibus, quæ inter Oderam & Vistulam habitabant, recenset, propterea sufficiebat ipsi, hos populos omnes generali Winulorum titulo insignire. Aliàs verò, quando de harum gentium conversione agit, non dissimulat nomen Pomeranorum. Vid. ad an. 1118. p. 155. a. Ed. Reineri Reineccii Helmstad. An. 1587.

XIV. Porrò neque hoc approbari potest, quod Vir Clariss. dicit, *Pomeraniæ* insigniorem portionem, usque ad Penem fluvium illis temporibus (Seculo videlicet post. Chr. Nat IX. X. XI. & XII. de quibus temporibus ibi loquitur) dictam fuisse *Slavaniam*. Nam Pomerania circa illa tempora fuit à reliquis Slavanicis Provinciis, ut à *VVilzis*, alijsque, distincta: post hæc verò demum accessit Pomeraniæ. Soliciti quidem sunt hac de re Scriptores Pomeranici, ut nobis persvadeant, circa initium Sec. XII. Pomeraniæ fines fuisse usque ad *Gustroviam* urbem Mechelburgensem extensos. Sic enim Paulus Frideborn *Svantiborum* Ducem Pomeraniæ, à quo communiter stirps Ducum Pomeraniæ deducitur, à Vistula usque ad Varnam fluvium sine recognitione superioris, regnasse scribit. lib. I Chron. Stetin. p. 8. Dan. Cramerus *VVartislaum* I. *Sva*ntibori filium Pomeraniæ usque ad urbem Mechelburgensem Gustroviam præfuisse tradit lib. I. Hist. Eccl. cap. XI. fol. 18. seq. Micrælius verò videns, nullum hæc in antiquitate habere fundamentum, disertis verbis fatetur, non posse se certum tempus determinare, quando Provinciæ Pomeranicæ coaluerint,

erint, (excepto Principatu Rugiæ & Güzkoviæ Comitatu, ubi certum tempus indicari poteſt, quô Pomeraniæ acceſſerint) exiſtimare tamen ſe ſcribit, ſub *VVartislao* I. id factum eſſe. lib. II. Chron. Pom. num. 65 p. 224. Nos exiſtimamus demum *Vartislai* I. filios *Boguslaum* I. & *Caſimirum* I. Wilzorum ſive Lutitiorum provinciis jugum impoſuiſſe. Nam *Henricus* Obotritarum ſive Mechlenburgenſis Princeps, qui eodem tempore cum wartislao I. Duce Pomeranorum vixit, dicitur adhuc præfuiſſe ipſis Pomeranis. Sic enim eâ de re loquitur Helmoldus, qui poſt tempora wartislai I. Pom. Ducis Chronicon ſuum ſcripſit, nempe An. 1140: *Servierunt*, ait ille, *Ranorum populi Henrico ſub tributo, quemadmodum VVagiri, Polabi, Obotriti, Kyzini, Circipani, Luticii, Pomerani & univerſæ Slavorum Nationes, quæ ſunt inter Albiam & mare Balticum & longiſſimo tractu protenditur uſque ad terram Polonorum.* lib. I. Chron. Slav. cap. XXXVI. (XXXVII.) Poſt Helmoldi igitur tempora *Boguslaus* I. Dux Pom. cum Mechelburgenſes Principes inter ſe de ſucceſſione decertarent, præſertim cum *Pribislao* Nicloti filio ſuppetias tuliſſet, eumque in Ducatum Mechlenburgenſem reſtituiſſet, videtur wilzos ſubjeciſſe, quamvis varia & poſt hæc tempora ob has provincias geſta ſint bella inter Principes Mechelburgenſes, Rugianos & Pomeranicos, ut ex Helmoldo, & ipſo Micrælio apparet. Errare autem mihi videtur Æneas Sylvius, qui etiam *Roſtochium* atque *VViſmariam* Pomeraniæ accenſet. In Statu Europæ ſub Friderico III. Imp. cap XXIII. fol. 68. Tom. II. Script. Germ. â Marq. Frehero editorum. cujus veſtigia legit etiam Franc. Irenicus lib. XII. Germanicæ Exegeſeos fol. 220. b. in Lit. P. Et hæc ſufficiant de Slavis.

XV. Tandem, ut ad tertiam periodū SAXONICAM accedamus, lubet inquirere, quando metamorphoſis illa contigerit, ut Pomerani, qui antea fuerunt Slavicæ ſive Venedicæ gentes, Germanorum habitum, lingvam, mores aſſumſerint. Nimirum cum Sec. XII. *Boguslaus I.* & *Caſimirus* I. Vartislai filii & Svantibori nepotes Duces Pomeraniæ, ex una parte ab *Henrico Leone* Duce Saxonum & Bavarorum, ex alterâ verò â Rege Daniæ *Valdemaro*, cui ſuppetias ferebat *Jaromarus* Princeps Rugiæ premerentur, ſollicitante Friderico I. Barbaroſſa Imperatore,

 facti

facti sunt An. 1181. Duces S. R. Imperii. *Fridericus Barbarossa*, ait Saxo Grammaticus, *Boguslaum & Casimirum datis solenniter aquilis Slaviæ Duces appellat*. lib. XV. Hist. Dan. fol. 371. Edit. Hafnieni. à Stephano Stephanio procuratæ. Alb. Cranz. lib. VI. VVandal. cap. XIV. Conf. Micræl. lib. II. n. 86. Ex eo tempore tantum Duces Pomeraniæ occidentalis in Slavos conceperunt odium, ut habitu in Germanicum mutato, è Pomerania Slavos eliminare constituerint. Eapropter è *Saxonia Brunsvicensi* Ducatu ingentem multitudinem hominum evocarunt, quibus permiserunt, magnis immunitatibus concessis, agros colere, commercia tractare, novasque urbes condere. Quin etiam latâ lege Slavos ab omnibus publicis muniis & dignitatibus arcendos voluerunt. Ea occasione Slavi verso pedetentim solo translatisque coloniis ad extimos usque Pomeranorum commigrarunt, uti refert Joan Isacius Pontanus lib. VI. Rer. Dan. ad an. 1118. fol. 280. Addit Paulus Friedborn, quod Germani, cum partim nova Pomeraniæ & Rugiæ loca insedissent, partim Slavis se hinc immiscuissent, Veteres colonos intra LX. vel LXX. annos planè oppresserint. Legis autem à Ducibus latæ, de Slavis ab omnibus dignitatibus excludendis, non meminit, sed Germanos hanc legem inter se constituisse docet. lib. I. Chron. Stetin. p. 6. Conf. Micræl lib. III. part. I. num. 6. pag. 309. Longius tamen usum Slavicæ linguæ in Pomerania extendit Joan. Isacius Pontanus, nempe usque ad Sec. XV. ad an 1404. Dum autem hæc gererentur in Pomerania Occidentali, Pomerania interim Orientalis suos retinuit mores, & linguam. Imò Principes illius aversati Principum Occidentalis Pomeraniæ facta, Poloniam respicere cœperunt, donec tandem ditiones illorum sub imperium concesserunt Polonorum.

XVI. Hactenus *in genere* Po ulorum Pomeranicorum inquisivimus Origines, jam ulterius pedem promovemus, *in specie* originem *Principum, Nobilium, Urbium*, & tandem *Christianismi* in Pomerania investigaturi. Ordiemur jam à PRINCIPIBUS Pomeraniæ. Antiquissimis temporibus, cum *Vandali Svevique* has obtinerent oras, utrum accolæ maris Baltici habuerint Reges, sive Principes suos, qui jure monarchico suis præessent, dubitari potest. Nam Julius Cæsar de

de Germanorum populis in genere ſcribit: *In pace Germanis nullum communem eſſe magiſtratum, ſed principes Regionum atque pagorum inter ſuos jus dicere controverſiasque minuere.* l. VI. de Bell Gall. ante med. Verùm Corn. Tacitus, cui res Germanicæ fuerunt penitius cognitæ, Reges Germanis tribuit: *Reges* inquiens *ex nobilitate: Duces ex virtute ſumunt. Nec Regibus infinita aut libera poteſtas: & Duces exemplo potius, quam imperio, ſi prompti, ſi conſpicui, ſi ante aciem agant, admiratione præſunt.* cap. 7. de Morib. Germ *Svevis* datum fuiſſe à Druſo Regem nomine Vannium, docet nos Tacitus lib. XII. Annal. cap. XXIX. quod tamen de noſtris Pomeranicis Svevis intelligendum non eſt, cum Druſus in has oras non penetrarit. Aſt lib. de morib. Germ. cap. XLIII. diſertis verbis teſtatur Tacitus, harum regionum incolas paruiſſe ſuis Regibus. Sic enim ait: *Trans Lygios Gothones regnantur paulò jam addictius, quam cætera Germanorum nationes; nondum tamen ſupra libertatem. Protinus deinde ab Oceano Rugii & Lemovii, omniumque harum gentium inſigne, rotunda ſcuta, breves gladii, & erga Reges obſequium.* De Gothis eadem ſcribit *J*ornandes lib. de Reb. Geticis cap. IV. Ex quibus firmiter concludere poſſumus, *Vandalicas* has gentes habuiſſe Reges, quorum tamen valde limitata fuit poteſtas. *J*ulii Cæſaris autem verba de quibusdam tantum populis Germanicis intelligenda erunt. Et hæc de prima periodo.

XVII. In ſecunda Periodo quæri poteſt, an à primo Slavorum in has oras ingreſſu, Pomerani Principes ſive Duces ſuos habuerint? Affirmant id Poloni, dum Pomeranos Regibus vel Ducibus Polonorum fuiſſe ſubjectos aſſerunt. Negat *J*oannes Micrælius, nixus teſtimoniis Dithmari Mersburgenſis & Helmoldi. Ille enim de *Lutitiis* agens diſertis verbis dicit: *Illis Dominus ſpecialiter non præſidet ullus. Unanimi Conſilio ad placitum ſuimet neceſſaria diſcutientes, in rebus efficiendis omnes concordant.* lib. VI. Chron. pag. 136. Hic verò, cum Populos Slavorum enumeraſſet: *Rani,* inquit, *qui & Rugiani, gens fortiſſima Slavorum, qui ſoli habent Regem, extra quorum ſententiam nihil agi de publicis rebus fas eſt, adeò metuuntur propter familiaritatem Deorum vel potius Dæmonum.* lib. I. Chr. Slav. c. II. Nos noſtram ſententiam paucis aperiemus. Cum adhuc Slavi in Sarmatia dege-

 rent,

rent, non fuerunt subjecti Regibus, sed populari imperio administrabant Respubl. suas, teste Procopio lib III. de Bell. Goth. cap. VII. p. 542. Edit Basil. in 8. Migraturi verò in Germanorum Provincias, verisimile est, quod singuli populi Slavici, singulos sibi elegerint migrationis Duces, ut *Poloni* Lechum, *Bohemi* Zechum, & sic forsan alij alios. Occupatis Germanorum Provinciis, cum Slavi neminem reperirent, qui ipsis resisteret, plerique ipsorum imperium, populare reduxerunt, aut Optimatibus, ut Poloni, Rempubl. gubernandam commiserunt. Postea etiam simul ac bellum cum aliqua gente ipsis erat exortum, creabant sibi Duces belli, quorum potestas etiam finito bello finiebatur. Ex his Ducibus deinde quidam, rebus contra hostes ex voto gestis, populari favore hæreditarios adepti sunt Principatus, ut Obotritarum Dux Bilungus alijque. *Jam* quod in specie ad *Pomeranos* hodiernos, quorum Origines inquirimus, attinet, inter illos *VVilzi* sive *Lutitii*, qui in Pomerania Occidentali habitabant, à primo ingressu usque ad Sec. XI. quo Chronicon suum scripsit Dithmarus, non habuerunt Principes hæreditarios. ut testem audivimus Dithmarum Mersburgensem, licet etiam suos aliquando habuerint belli Duces, ut fuit Princeps ipsorum Wizan & alij. Reliqui Pomerani intra Vistulam & Viadrum habitantes, qui tum soli Pomeranorum nomine celebrabantur, à primo in has oras ingressu, itidem proprium non habuere Ducem: an verò Polonorum Ducibus tunc fuerint subjecti, incertum est, nec quenquam hoc determinare posse existimo, cum neque Polonis, neque Pomeranis ulla super sint Veterum rerum monumenta: alij etiam eorum ut remotiorum raro meminerint. Sub illa verò tempora quibus Dithmarus Chronicon suum scripsit, nempe Sec. XI. jam suos habuere Duces hæreditarios, ut Micrælius vult, quamvis alij à *Svantiboro* demum, qui anno Chr. 1107. obijt, historiam Pomeranicam ordiantur. Hinc etiam patet, verba Helmoldi (qui jam Sec. XII. circa an. 1140. adeoque post tempora Svantibori Chronicon Slavicum scripsit) paulò ante citata de Rugijs vera possunt intelligi, quod Rugij soli inter omnes Slavicas gentes tunc hodiernam Germaniam incolentes habuerint Reges (Hos enim populos tantum Slavorum nomine solent appellare illorum tempo-

rum

rum *Scriptores* :vel etiam, quod soli Rugij habuerint Regem, qui suis absolutè præerat. Quamvis fatear & hic esse, quæ Helmold. objici possit.

XVIII. Porrò dubium est, utrum illi Pomeraniæ Duces à Svantiboro descendentes, ex Veteri *Vandalorum* & *Gothorum*: an verò ex Slavorum genere fuerint oriundi? Ab antiquis *Vandalis* vel *Gothis* eos deducit *Joan.* Micræl. lib. II. Chron. Pom. num. 207. seq. hâc conjecturâ motus, quod antiqui in insignibus suis habuerint volantem draconem, ex quo Principes hi fecisse videntur volantem Gryphem; magisque fulcire sententiam ipsius videtur illud, quod in insignibus Usedomensium pingatur gryps cum cauda piscis alicujus, quo gryps expressus dici posset. Et licet l. c. sententiam hanc in medio relinquere videatur, alibi tamen, nempe lib. III. Part. I. num. I. pag. 304. simpliciter asserit, eos ex antiquo Svevorum genere oriundos. Verùm, ut Micrælius ubique fere animum â Slavis abalienatum ostendit, ita hic etiam eundem occultare non potest. Indecorum forsan tantis Principibus fore existimat, si Slavis originem suam debere deprehenderentur. Sed quænam, quæso prærogativa hæc est, potius à barbaris Germanorum, quam à Barbaris Slavorum populis derivari. Neutra gens caret suis virtutibus, neutra suis vitijs. Et si comparatio inter has gentes esset instituenda, forsan Slavi Germani Veteribus virtute nunquam fuere secundi. *Humanitatem* certè & *hospitalitatem*, *morumque honestatem* apud Slavos deprædicat Helmoldus lib. I. Chron. *Slav.* cap. II. Vitia quoque varia Germanorum aversatos fuisse quondam Slavos, testantur veterum monumenta. Saxonum avaritiam ipsis fuisse exosam, notant Adam. Bremens. lib. III. Hist. Eccl. cap. XXV. pag. 98 & Helmold. lib. I. Chron. Slav. c. II. Furta quoque Germanorum fuisse causam, quod non adeò facilè Christo nomen dederint Slavi, agnoscit etiam Dan. Cramerus lib. I. Chron. Pomer. Eccl. pag. XXII. Ex quibus patet, *gloriosum* hoc *Slavorum* nomen tantis Principibus non fuisse indignum. Conjectura Beati Micrælij nihil probat, imò magis pro nobis facit. Si enim Principes illi ex Gothico sangvine essent oriundi, retinuissent etiam illud signum draconis volantis: quoniam autem hoc mutarunt, indicio nobis hoc est, nihil illos cum Veteribus Gothis

Sve-

Svevisque voluisse habere commune, Deinde Duces antiqui Pomeraniæ Ducatum illum non obtinuerunt, à primo Slavorum in Pomeraniam ingressu. Micrælius enim ipse propugnat, & quidem rectè primis illis temporibus Slavicas gentes sine Regibus & Ducibus vixisse. Non est igitur verisimile, Slavos sibi Principes fuisse sumpturos ex antiquis Germanis, cum sine dubio magna Slavonicæ gentis Nobilitas præstò esset. Pro nostra autem sententia, qui existimamus, Sereniss. illos Principes fuisse Slavicæ Originis, facit illud, quod lingvâ Slavonicâ, habitu, moribusque Slavonicis fuerint usi, ut concedit Micrælius l.II.num.57.p. 208.quod etiam eò usque verum est,ut Duces Pomeraniæ Orientalis, Occidentalibus, ad German.mores transeuntibus Slavicos mores & habitum pertinaciter retinuerint; illos autem ob mutationem illā maximo prosecuti sint odio,ut iterum testatur ipse Micræl. lib.III.Chron.Ex dictis itaque concludimus, Sereniss.Duces Pomeraniæ ex Slavis fuisse oriundos.

XIX. Verùm hic se iterum nobis inexplicabiles offerunt difficultates, à quonam Duces illi sint constituti. An à Pomeranis ipsis electi, an verò à Polonis gentibus his maritimis præfecti? Polonici Scriptores, quotquot typis exscripti sunt, omnes tradunt, Lescum III. Ducem Polon. Sec. XI. habuisse præter Popielum alios viginti filios illegitimos, inter quos Regnum Polonicum, Provinciæque ad illud pertinentes, in quibus & Pomerania fuit, divisa fuisse ferunt. Quamvis verò hos omnes Popielus tentaverit veneno è medio tollere posteritatem tamen eorum in Provincijs illis imperium continuasse. Vid. Vincent. Kadlubko lib. I. Chron Polon. epist. XVI.pag. 77. seq & Commentator ejusdem. Dlugossus, Cromerus, Neugebauerus & alij. Quamvis inter hos primi sibi non semper constent. Nam Dlugossus lib. II. Annal. fol. 151. de Boleslao I. Rege Polon. loquens ait: *Principabantur tunc in illis (Pomeranis) 20. Principum à Popiel extinctorum Nepotes, quos Boleslaus Rex de sangvine Regio sciens creatos & illos sibi consobrinos esse, innatâ tractavit munificentiâ & singulis liberalitatis suæ dona tribuens, nihil sibi de illorum Principatibus & Regionibus præter feudalem obedientiam ac subjectionem, reservavit, rem non contemnendæ honestatis ponderisque existimans si regnum suum Poloniæ & suam*

*am integritatem, resumeret & frequentiam tot Principum haberet feudalium subjectorum.* Ast sub Miecislao II. filio Boleslai Chrobri nullâ Principum illorum mentione facta: *Excutere* inquit, *jugum & ab obedientia Regis Miecislai & Regni Poloniæ se solvere Pomerani, aliorumque defectionem & exemplum secuti tentaverunt. Principali enim Nobilitati, & quæ apud illos opibus, Prudentia & felicitate præstabat, fasces Regiminis deferunt, eumque sibi in Principem creant & assumunt.* Ad An. 1032. lib. II. fol. 17. Sub Vladislao Hermanno in fin. Sec. XI. Pomeranos omnes Præfectos à Duce Poloniæ impositos trucidasse refert. lib. IV. ad an. 1091. fol. 288. Deinde à Boleslao Crzywousti referunt Scriptores Polonici, datum esse Præfectum Pomeranis ex gente *Gryphorum*, à quo dicunt ortos esse Duces Pomeraniæ, qui adhuc Gryphem in insignibus suis habent. Porro Casimirus justus Dux Polon. filius Boleslai Crzywousti natu minimus etiam alios Duces Pomeraniæ instituisse fertur. Sic enim de illo Vincentius Kadlubko: *Leszkoni,* ait, *Provincias paterno relictas testamento confirmat. Præsidi eorundem omnibus prædito virtutibus, Principi Sironi ejus curam committit; Ejusdem Sironis Nepoti Samborio Gedanensi Marchiâ instituto, quendam quoque, cui nomen Boguslaus sive Bedoarius maritimis Ducem constituit.* l. IV. Chron. Polon. cap. IV. pag. 451. Hunc autem Boguslaum antea jam vocaverat *generum Miecislai Senis*, qui fuit frater Casimiri lib. IV. cap. II. pag. 394. Commentator Kadlubkonis, qui post tempora Vladislai *Jagellonis* vixit, ante Dlugossum tamen, pag. 460. dicit Casimirum constituisse Boguslaum Marchiæ inferioris Ducem i. e. Pomeraniæ, quam Marchiam nominant inferiorem, ut alia dicta fuit Marchia Gdanensis. Ante tempora verò Casimiri *Justi* Gniewomirum quendam *Maritimæ Præsidem* à Boleslao Crivousti fuisse constitutum, refert Kadlubko lib. III. Chron. Polon. epist. V. p. 261. Plures contradictiones producit ipse Martin. Cromerus lib. VI. de Ort. & Reb. gest. Polon. sub Casimiro Principe. Hæc ex Polonicis Scriptoribus. Pomerani hæc omnia negant. Micrælius Pomeranos ipsos sibi creasse Principes refert. lib. II. Chr. Pom. num. XXXI. pag. 172. Ex his, quid sit credendum, vix apparet. Dlugosso certè fides haberi non potest, qui sibi aperta fronte contradicit. Sed quid de Kadlubkone dicam, vix reperio.

Hic enim, licet multa fabuletur de Veteribus Poloniæ Ducibus, ut de Lesconis sive Lesci III. bellis cum *Julio Cæsare* gestis, de M. Crasso in Prussia à Parthis cæso, aliisque nugis; hic tamen ipsi fides non videtur esse deneganda, cum ea de Casimiro, & quod observatu dignum magis est, jussu hujus Casimiri, scribat, quæ ipse oculis suis vidit. Nec potuit ferè tum malâ fide agere, cum omnia hæc in recenti omnium memoria hærerent. Quicquid tamen ejus rei sit, relatio hæc *Kadlubkonis*, si simpliciter, prout verba sonant, intelligatur, nullo modo tolerari potest. Postquam enim Pomerani ad fidem Christianam fuerunt conversi, innotuerunt statim exteris, apud quos etiam illorum crebra eo tempore fit mentio. Inde etiam à Svantiboro, qui initio Sec. XII. vixit, non interruptâ serie Duces Pomeraniæ à Scriptoribus numerantur. Hujus Svantibori filius, aut ex filio Vartislao Nepos, fuit Boguslaus ille, de quo Vincentium Kadlubkonem audivimus dicentem. Cum igitur hæc ex Helmoldo, Arnoldo Lubecensi, aliisque, maximè ex monumentis Olivensibus deduci possint, fides certè *Kadlubkonis* periclitatur. Martinus Cromerus, inter Historiæ Polonicæ conditores facilè Princeps, agnoscit quidem perplexos hic esse Scriptores Polonicos; putat tamen illa conciliari posse eo ferè modo, si dicamus, Pomeraniam occidentalem jam antea suos habuisse Duces. Casimirum verò in Ducatu Stolpensi & districtu Gedanensi alios instituisse. Vid. Crom. lib. VI. de Orig. & Reb. gest. Polon. fol. 507. seq. Forsan etiam dici posset, *constituere* apud Kadlubkonem idem esse, quod *confirmare*, cum notum sit, illos Principes Svantiborum ejusque filios wartislaum, Boguslaum, Ratiborum & Svantipolcum fuisse Polonorum Ducibus aliquo modo obnoxios, ut fatentur Cramerus & Micrælius. Sed nobis non sumimus tantas componere lites. Dolemus potius, stirpem tantorum Principum An. Chr. 1637. in Boguslao XIV. extinctam. In eo tamen nobis favit fortuna, quod ex hac stirpe per lineam maternam oriundum, *Serenissimum atque Celsissimum Dominum, Dominum* ERNESTUM BOGUSLAUM S. R. I. *Principem, Croji & Arschotti Ducem*, &c. &c. &c. adhuc nobis liceat venerari.

XX. His ita expeditis progredimur ad NOBILITATEM Pome-

meranicam, de qua tamen pauca. Certum est, fuisse primis illis Vandalorum temporibus multas Nobilium familias, ex quibus Reges etiam eligi solebant, non tantum apud cœteros Germanos, sed etiam apud Pomeranos. Sic enim Tacitus: *Reges ex nobilitate, Duces ex Virtute sumunt.* lib. de M. G. cap. VII. Et cap. XI. *De minoribus*, inquit, *rebus principes consultant, de majoribus omnes, ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud Principes pertractentur.* (melius pertractentur) Item cap. XII. *Eliguntur*, ait, *in iisdem Conciliis & Principes, qui jura per pagos vicosque reddunt. Centeni singulis ex plebe comites, consilium simul & auctoritas adsunt.* Si itaque Comites creabantur ex plebe Principibus in jure dicendo adjungendi, utique Principes fuere nobiliori loco nati. Vid. Conring. Exercit. de Civib. Imp. num. XV. seqq. His præsuppositis quæritur, utrum adhuc hodiè ex illa Nobilitate quædam familiæ supersint? *Joannes* Micrælius existimat, omnes illos, qui jura Castri habent (die Schloßgesessene dicuntur) aliosq; nobiles habent subinfeudatos sive subvasallos, inter quos etiam quidam officia hæreditaria gerunt ex antiqua Nobilitate Svevica, Vandalica & Gothica esse oriundos. Ejusmodi sunt SWERINII Culinæ præfecti hæreditarii. MOLZANII Marschalli hæreditarii in Ducatu Stetinensi. FLEMINGII hæreditarii Marschalci Ducatus Pomeraniæ. BUGENHAGII Marschalli hæreditarii in Principatu Rugiæ & Barth. quorum Subvasalli sunt die Hagenowen/Ewerde. EIKSTEDII Camerarii hæreditarii, qui habent suos Subvasallos in Marchia Brandenburgica, quæ dicitur media, etliche von den Pfulen und Köteritzen. WUSSOVII Pocillatores hæreditarij. BORKII, quorum Subvasalli sunt die Ilsbecken/ Lockstetten/ Meseritzen/ Droßdowen/ Preußen/ Melline zu Reisekow/ Preschel/ Knuten/ Zastrawen/ Kettler. WEDELII, quorum Subvasalli sunt die Sager/ Lentzen/ Vogte. DEVITII, quorum subfeudarii sunt die Prechel/ Hanowen/ Weger/ Süringe und Klempzowen. OSTII & *Blucherii*, quorum subvasalli die Berentine. MANTEUFELII, quorum Subvasalli sunt die Kriesen. RAMELII Marschalli hæred. in Episcopatu Caminensi Subvasallos habent die Flatawen. ZOZENOVII habent die Reden in Subvasallos. RAMMINII, AUSTINII,

niam de bellis, quæ *Boleslaus* & ipsius filius *Misico*, sive ut vulgò dicitur, *Mieceslaus*, cum *Pomeranis* gesserunt, nullam facit mentionem, itidem non est mirum, quod nomen Pomeraniæ apud ipsum non occurrat. Eodem autem Sec. XI. M. Adamus Bremensis, dum de gentibus Slavicis sibi scribere proposuit, maximè Pomeranos etiam inter gentes Slavicas numerat, quem etiam, ut & in aliis, sequitur Helmoldus, ut supra vidimus. Si itaque Adamus Bremensis Sec. XI. & Helmoldus Sec. XII. Pomeranorum mentionem faciunt, cur igitur laudatæ dissertationis Auctor miratur, apud Albertum Stadensem qui demum Sec. XIII. vixit altum esse de Pomeranis silentium? Quamvis neque hoc satis accuratam Viri Clarissimi curam ostendat. Nam Albertus Stadensis loco cit. nihil peculiare de his gentibus, quæ inter Oderam & Vistulam habitabant, recenset, propterea sufficiebat ipsi, hos populos omnes generali Winulorum titulo insignire. Aliàs verò, quando de harum gentium conversione agit, non dissimulat nomen Pomeranorum. Vid. ad an. 1118. p. 155. a. Ed. Reineri Reineccii Helmstad. An. 1587.

XIV. Porrò neque hoc approbari potest, quod Vir Clariss. dicit, *Pomeraniæ* insigniorem portionem, usque ad Penem fluvium illis temporibus (Seculo videlicet post. Chr. Nat IX. X. XI. & XII. de quibus temporibus ibi loquitur) dictam fuisse *Slavaniam*. Nam Pomerania circa illa tempora fuit à reliquis Slavanicis Provinciis, ut à *VVilzis*, alijsque, distincta: post hæc verò demum accessit Pomeraniæ. Soliciti quidem sunt hac de re Scriptores Pomeranici, ut nobis persvadeant, circa initium Sec. XII. Pomeraniæ fines fuisse usque ad *Gustroviam* urbem Mechelburgensem extensos. Sic enim Paulus Frideborn *Svantiborum* Ducem Pomeraniæ, à quo communiter stirps Ducum Pomeraniæ deducitur, à Vistula usque ad Varnam fluvium sine recognitione superioris, regnasse scribit. lib. I Chron. Stetin. p. 8. Dan. Cramerus *VVartislaum* I. *Svantibori* filium Pomeraniæ usque ad urbem Mechelburgensem Gustroviam præfuisse tradit lib. I. Hist. Eccl. cap. XI. fol. 18. seq. Micrælius verò videns, nullum hæc in antiquitate habere fundamentum, disertis verbis fatetur, non posse se certum tempus determinare, quando Provinciæ Pomeranicæ coaluerint,

erint,

erint, (excepto Principatu Rugiæ & Güzkoviæ Comitatu, ubi certum tempus indicari potest, quô Pomeraniæ accesserint) existimare tamen se scribit, sub *VVartislao* I. id factum esse. lib. II. Chron. Pom. num. 65 p. 224. Nos existimamus demum *Vartulai* I. filios *Boguslaum* I. & *Casimirum* I. Wilzorum sive Lutitiorum provinciis jugum imposuisse. Nam *Henricus* Obotritarum sive Mechlenburgensis Princeps, qui eodem tempore cum wartislao I. Duce Pomeranorum vixit, dicitur adhuc præfuisse ipsis Pomeranis. Sic enim eâ de re loquitur Helmoldus, qui post tempora wartislai I. Pom. Ducis Chronicon suum scripsit, nempe An. 1140: *Servierunt*, ait ille, *Kanorum populi Henrico sub tributo, quemadmodum VVagiri, Polabi, Obotriti, Kyzini, Circipani, Lutitii, Pomerani & universæ Slavorum Nationes, quæ sunt inter Albiam & mare Balticum & longissimo tractu protenditur usque ad terram Polonorum*. lib. I. Chron. Slav. cap. XXXVI. (XXXVII.) Post Helmoldi igitur tempora *Boguslaus* I. Dux Pom. cum Mechelburgenses Principes inter se de succesione decertarent, præsertim cum *Pribislao* Nicloti filio suppetias tulisset, eumque in Ducatum Mechlenburgensem restituisset, videtur wilzos subjecisse, quamvis varia & post hæc tempora ob has provincias gesta sint bella inter Principes Mechelburgenses, Rugianos & Pomeranicos, ut ex Helmoldo, & ipso Micrælio apparet. Errare autem mihi videtur Æneas Sylvius, qui etiam *Rostochium* atque *VVismariam* Pomeraniæ accenset. In Statu Europæ sub Friderico III. Imp. cap XXIII. fol. 68. Tom. II. Script. Germ. â Marq. Frehero editorum. cujus vestigia legit etiam Franc. Irenicus lib. XII. Germanicæ Exegeseos fol. 220. b. in Lit. P. Et hæc sufficiant de Slavis.

XV. Tandem, ut ad tertiam periodũ SAXONICAM accedamus, lubet inquirere, quando metamorphosis illa contigerit, ut Pomerani, qui antea fuerunt Slavicæ sive Venedicæ gentes, Germanorum habitum, lingvam, mores assumserint. Nimirum cum Sec. XII. *Boguslaus I.* & *Casimirus* I. Vartislai filii & Svantibori nepotes Duces Pomeraniæ, ex una parte ab *Henrico Leone* Duce Saxonum & Bavarorum, ex alterâ verò à Rege Daniæ *Valdemaro*, cui suppetias ferebat *Jaromarus* Princeps Rugiæ premerentur, sollicitante Friderico I. Barbarossa Imperatore,

 facti

facti ſunt An. 1181. Duces S. R. Imperii. *Fridericus Barbaroſſa*, ait Saxo Grammaticus, *Boguslaum & Caſimirum datis ſolenniter aquilis Slaviæ Duces appellat*. lib. XV. Hiſt. Dan. fol. 371. Edit. Hafnienſ. à Stephano Stephanio procuratæ. Alb. Cranz. lib. VI. VVandal. cap. XIV. Conf. Micræl. lib. II. n. 86. Ex eo tempore tantum Duces Pomeraniæ occidentalis in Slavos conceperunt odium, ut habitu in Germanicum mutato, è Pomerania Slavos eliminare conſtituerint. Eapropter è *Saxonia Brunſvicenſi* Ducatu ingentem multitudinem hominum evocarunt, quibus permiſerunt, magnis immunitatibus conceſſis, agros colere, commercia tractare, novasque urbes condere. Quin etiam latâ lege Slavos ab omnibus publicis muniis & dignitatibus arcendos voluerunt. Ea occaſione Slavi verſo pedetentim ſolo translatisque coloniis ad extimos usque Pomeranorum commigrarunt, uti refert *Joan* Iſacius Pontanus lib. VI. Rer. Dan. ad an. *1118*. fol. *280*. Addit Paulus Friedborn, quod Germani, cum partim nova Pomeraniæ & Rugiæ loca inſediſſent, partim Slavis ſe hinc immiſcuiſſent, Veteres colonos intra LX. vel LXX. annos planè oppreſſerint. Legis autem à Ducibus latæ, de Slavis ab omnibus dignitatibus excludendis, non meminit, ſed Germanos hanc legem inter ſe conſtituiſſe docet. lib. I. Chron. Stetin. p. *6*. Conf. Micræl lib. III. part. I. num. *6*. pag. 309. Longius tamen uſum Slavicæ linguæ in Pomerania extendit *Joan*. Iſacius Pontanus, nempe usque ad Sec. XV. ad an 1404. Dum autem hæc gererentur in Pomerania Occidentali, Pomerania interim Orientalis ſuos retinuit mores, & linguam. Imò Principes illius averſati Principum Occidentalis Pomeraniæ facta, Poloniam reſpicere cœperunt, donec tandem ditiones illorum ſub imperium conceſſerunt Polonorum.

XVI. Hactenus *in genere* Po ulorum Pomeranicorum inquiſivimus Origines, jam ulterius pedem promovemus, *in ſpecie* originem *Principum*, *Nobilium*, *Urbium*, & tandem *Chriſtianiſmi* in Pomerania inveſtigaturi. Ordiemur jam à PRINCIPIBUS Pomeraniæ. Antiquisſimis temporibus, cum *Vandali Suevique* has obtinerent oras, utrum accolæ maris Baltici habuerint Reges, ſive Principes ſuos, qui jure monarchico ſuis præesſent, dubitari poteſt. Nam *Julius* Cæſar de

de Germanorum populis in genere scribit: *In pace Germanis nullum communem esse magistratum, sed principes Regionum atque pagorum inter suos jus dicere controversiasque minuere.* l. VI. de Bell Gall. ante med. Verùm Corn. Tacitus, cui res Germanicæ fuerunt penitius cognitæ, Reges Germanis tribuit: *Reges* inquiens *ex nobilitate: Duces ex virtute sumunt. Nec Regibus infinita aut libera potestas: & Duces exemplo potius, quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione præsunt.* cap. 7. de Morib. Germ *Svevis* datum fuisse à Druso Regem nomine Vannium, docet nos Tacitus lib. XII. Annal. cap. XXIX. quod tamen de nostris Pomeranicis Svevis intelligendum non est, cum Drusus in has oras non penetrarit. Ast lib. de morib. Germ. cap. XLIII. disertis verbis testatur Tacitus, harum regionum incolas paruisse suis Regibus. Sic enim ait: *Trans Lygios Gothones regnantur paulò jam adductius, quam cætera Germanorum nationes; nondum tamen supra libertatem. Protinus deinde ab Oceano Rugii & Lemovii, omniumque harum gentium insigne, rotunda scuta, breves gladii, & erga Reges obsequium.* De Gothis eadem scribit Jornandes lib. de Reb. Geticis cap. IV. Ex quibus firmiter concludere possumus, *Vandalicas* has gentes habuisse Reges, quorum tamen valde limitata fuit potestas. Julii Cæsaris autem verba de quibusdam tantum populis Germanicis intelligenda erunt. Et hæc de prima periodo.

XVII. In secunda Periodo quæri potest, an à primo Slavorum in has oras ingressu, Pomerani Principes sive Duces suos habuerint? Affirmant id Poloni, dum Pomeranos Regibus vel Ducibus Polonorum fuisse subjectos asserunt. Negat Joannes Micrælius, nixus testimoniis Dithmari Mersburgensis & Helmoldi. Ille enim de *Luitius* agens disertis verbis dicit: *Illis Dominus specialiter non præsidet ullus. Unanimi Consilio ad placitum suimet necessaria discutientes, in rebus efficiendis omnes concordant.* lib. VI. Chron. pag. 136. Hic verò, cum Populos Slavorum enumerasset: *Rani,* inquit, *qui & Rugiani, gens fortissima Slavorum, qui soli habent Regem, extra quorum sententiam nihil agi de publicis rebus fas est, adeò metuuntur propter familiaritatem Deorum vel potius Dæmonum.* lib. I. Chr. Slav. c. II. Nos nostram sententiam paucis aperiemus. Cum adhuc Slavi in Sarmatia dege-

rent, non fuerunt subjecti Regibus, sed populari imperio administrabant Respubl. suas, teste Procopio lib III. de Bell. Goth. cap. VII. p. 542. Edit Basil. in 8. Migraturi verò in Germanorum Provincias, verisimile est, quod singuli populi Slavici, singulos sibi elegerint migrationis Duces, ut *Poloni* Lechum, *Bohemi* Zechum, & sic forsan alij alios. Occupatis Germanorum Provincijs, cum Slavi neminem reperirent, qui ipsis resisteret, plerique ipsorum imperium, populare reduxerunt, aut Optimatibus, ut Poloni, Rempubl. gubernandam commiserunt. Postea etiam simul ac bellum cum aliqua gente ipsis erat exortum, creabant sibi Duces belli, quorum potestas etiam finito bello finiebatur. Ex his Ducibus deinde quidam, rebus contra hostes ex voto gestis, populari favore hæreditarios adepti sunt Principatus, ut Obotritarum Dux Bilungus alijque. *Jam* quod in specie ad *Pomeranos* hodiernos, quorum Origines inquirimus, attinet, inter illos *VVilzi* sive *Lutitii*, qui in Pomerania Occidentali habitabant, à primo ingressu usque ad Sec. XI. quo Chronicon suum scripsit Dithmarus, non habuerunt Principes hæreditarios. ut testem audivimus Dithmarum Mersburgensem, licet etiam suos aliquando habuerint belli Duces, ut fuit Princeps ipsorum Wizan & alij. Reliqui Pomerani intra Vistulam & Viadrum habitantes, qui tum soli Pomeranorum nomine celebrabantur, à primo in has oras ingressu, itidem proprium non habuere Ducem: an verò Polonorum Ducibus tunc fuerint subjecti, incertum est, nec quenquam hoc determinare posse existimo, cum neque Polonis, neque Pomeranis ulla super sint Veterum rerum monumenta: alij etiam eorum ut remotiorum rarò meminerint. Sub illa verò tempora quibus Dithmarus Chronicon suum scripsit, nempe Sec. XI. jam suos habuere Duces hæreditarios, ut Micrælius vult, quamvis alij à *Svantiboro* demum, qui anno Chr. 1107. obijt, historiam Pomeranicam ordiantur. Hinc etiam patet, verba Helmoldi (qui jam Sec. XII. circa an. 1140. adeoque post tempora Svantibori Chronicon Slavicum scripsit) paulò ante citata de Rugijs vera possunt intelligi, quod Rugij soli inter omnes Slavicas gentes tunc hodiernam Germaniam incolentes habuerint Reges (Hos enim populos tantum Slavorum nomine solent appellare illorum tempo-

rum

rum *Scriptores* :vel etiam, quod soli Rugij habuerint Regem, qui suis absolutè præerat. Quamvis fatear & hic esse, quæ Helmold. objici possit.

XVIII. Porrò dubium est, utrum illi Pomeraniæ Duces à Svantiboro descendentes, ex Veteri *Vandalorum* & *Gothorum*: an verò ex Slavorum genere fuerint oriundi? Ab antiquis *Vandalis* vel *Gothis* eos deducit *Joan.* Micræl. lib. II. Chron. Pom. num. 207. seq. hâc conjecturâ motus, quod antiqui in insignibus suis habuerint volantem draconem, ex quo Principes hi fecisse videntur volantem Gryphem; magisque fulcire sententiam ipsius videtur illud, quod in insignibus Usedomensium pingatur gryps cum cauda piscis alicujus, quo gryps expressus dici posset. Et licet l. c. sententiam hanc in medio relinquere videatur, alibi tamen, nempe lib. III. Part. I. num. I. pag. 304. simpliciter asserit, eos ex antiquo Svevorum genere oriundos. Verùm, ut Micrælius ubique fere animum à Slavis abalienatum ostendit, ita hic etiam eundem occultare non potest. Indecorum forsan tantis Principibus fore existimat, si Slavis originem suam debere deprehenderentur. Sed quænam, quæso prærogativa hæc est, potius à barbaris Germanorum, quam à Barbaris Slavorum populis derivari. Neutra gens caret suis virtutibus, neutra suis vitijs. Et si comparatio inter has gentes esset instituenda. forsan Slavi Germani Veteribus virtute nunquam fuere secundi. *Humanitatem* certè & *hospitalitatem*, *morumque honestatem* apud Slavos deprædicat Helmoldus lib. I. Chron. *Slav.* cap. II. Vitia quoque varia Germanorum aversatos fuisse quondam Slavos, testantur veterum monumenta. Saxonum avaritiam ipsis fuisse exosam, notant Adam. Bremens. lib. III. Hist. Eccl. cap. XXV. pag. 98 & Helmold. lib. I. Chron. Slav. c. II. Furta quoque Germanorum fuisse causam, quod non adeò facilè Christo nomen dederint Slavi, agnoscit etiam Dan. Cramerus lib. I. Chron. Pomer. Eccl. pag. XXII. Ex quibus patet, *gloriosum* hoc *Slavorum* nomen tantis Principibus non fuisse indignum. Conjectura Beati Micrælij nihil probat, imò magis pro nobis facit. Si enim Principes illi ex Gothico sangvine essent oriundi, retinuissent etiam illud signum draconis volantis: quoniam autem hoc mutarunt, indicio nobis hoc est, nihil illos cum Veteribus Gothis

Sve-

Svevisque voluisse habere commune, Deinde Duces antiqui Pomeraniæ Ducatum illum non obtinuerunt, à primo Slavorum in Pomeraniam ingressu. Micrælius enim ipse propugnat, & quidem rectè primis illis temporibus Slavicas gentes sine Regibus & Ducibus vixisse. Non est igitur verisimile, Slavos sibi Principes fuisse sumpturos ex antiquis Germanis, cum sine dubio magna Slavonicæ gentis Nobilitas præstò esset. Pro nostra autem sententia, qui existimamus, Sereniss. illos Principes fuisse Slavicæ Originis, facit illud, quod lingvâ Slavonicâ, habitu, moribusque Slavonicis fuerint usi, ut concedit Micrælius l.II.num.57.p. 208.quod etiam eò usque verum est,ut Duces Pomeraniæ Orientalis, Occidentalibus,ad German.mores transeuntibus Slavicos mores & habitum pertinaciter retinuerint; illos autem ob mutationem illā maximo prosecuti sint odio,ut iterum testatur ipse Micræl. lib.III.Chron.Ex dictis itaque concludimus, Sereniss.Duces Pomeraniæ ex Slavis fuisse oriundos.

XIX. Verùm hic se iterum nobis inexplicabiles offerunt difficultates, à quonam Duces illi sint constituti. An à Pomeranis ipsis electi, an verò à Polonis gentibus his maritimis præfecti? Polonici Scriptores, quotquot typis exscripti sunt, omnes tradunt, Lescum III. Ducem Polon. Sec. XI. habuisse præter Popielum alios viginti filios illegitimos, inter quos Regnum Polonicum, Provinciæque ad illud pertinentes, in quibus & Pomerania fuit, divisa fuisse ferunt. Quamvis verò hos omnes Popielus tentaverit veneno è medio tollere posteritatem tamen eorum [in Provincijs illis imperium continuasse. Vid. Vincent. Kadlubko lib. I. Chron Polon. epist. XVI.pag. 77. seq & Commentator ejusdem. Dlugossus, Cromerus, Neugebauerus & alij. Quamvis, inter hos primi sibi non semper constent. Nam Dlugossus lib. II. Annal. fol. 151. de Boleslao I. Rege Polon. loquens ait: *Principabantur tunc in illis ( Pomeranis ) 20. Principum à Popiel extinctorum Nepotes, quos Boleslaus Rex de sanguine Regio sciens creatos & illos sibi consobrinos esse, innatâ tractavit munificentiâ & singulis liberalitatis suæ dona tribuens, nihil sibi de illorum Principatibus & Regionibus præter feudalem obedientiam ac subjectionem, reservavit, rem non contemnendæ honestatis ponderisque existimans si regnum suum Poloniæ & suam*

*am integritatem, resumeret & frequentiam tot Principum haberet feudalium subjectorum.* Ast sub Miecislao II. filio Boleslai Chrobri nullâ Principum illorum mentione facta: *Excutere* inquit, *jugum & ab obedientia Regis Miecislai & Regni Poloniæ se solvere Pomerani, aliorumque defectionem & exemplum secuti tentaverunt. Principali enim Nobilitati, & quæ apud illos opibus, Prudentia & felicitate præstabat, fasces Regiminis deferunt, eumque sibi in Principem creant & assumunt.* Ad An. 1032. lib. II. fol. 17. Sub Vladislao Hermanno in fin. Sec. XI. Pomeranos omnes Præfectos à Duce Poloniæ impositos trucidasse refert. lib. IV. ad an. 1091. fol. 288. Deinde à Boleslao Crzywousti referunt Scriptores Polonici, datum esse Præfectum Pomeranis ex gente *Gryphorum*, à quo dicunt ortos esse Duces Pomeraniæ, qui adhuc Gryphem in insignibus suis habent. Porro Casimirus justus Dux Polon. filius Boleslai Crzywousti natu minimus etiam alios Duces Pomeraniæ instituisse fertur. Sic enim de illo Vincentius Kadlubko: *Leszkoni,* ait, *Provincias paterno relictas testamento confirmat. Præsidi eorundem omnibus prædito virtutibus, Principi Sironi ejus curam committit; Ejusdem Sironis Nepoti Samborio Gedanensi Marchiâ instituto, quendam quoque, cui nomen Boguslaus sive Bedoarius maritimus Ducem constituit.* l. IV. Chron. Polon. cap. IV. pag. 451. Hunc autem Boguslaum antea jam vocaverat *generum Miecislai Senis*, qui fuit frater Casimiri lib. IV. cap. II. pag. 394. Commentator Kadlubkonis, qui post tempora Vladislai Jagellonis vixit, ante Dlugossum tamen, pag. 460. dicit Casimirum constituisse Boguslaum Marchiæ inferioris Ducem i. e. Pomeraniæ, quam Marchiam nominant inferiorem, ut alia dicta fuit Marchia Gdanensis. Ante tempora verò Casimiri Justi Gniewomirum quendam *Maritimæ Præsidem* à Boleslao Crivousti fuisse constitutum, refert Kadlubko lib. III. Chron. Polon. epist. V. p. 261. Plures contradictiones producit ipse Martin. Cromerus lib. VI. de Ort. & Reb. gest. Polon. sub Casimiro Principe. Hæc ex Polonicis Scriptoribus. Pomerani hæc omnia negant. Micrælius Pomeranos ipsos sibi creasse Principes refert. lib. II. Chr. Pom. num. XXXI. pag. 172. Ex his, quid sit credendum, vix apparet. Dlugosso certè fides haberi non potest, qui sibi aperta fronte contradicit. Sed quid de Kadlubkone dicam, vix reperio.

meranicam, de qua tamen pauca. Certum est, fuisse primis illis Vandalorum temporibus multas Nobilium familias, ex quibus Reges etiam eligi solebant, non tantum apud cœteros Germanos, sed etiam apud Pomeranos. Sic enim Tacitus: *Reges ex nobilitate, Duces ex Virtute sumunt*. lib. de M. G. cap. VII. Et cap. XI. *De minoribus*, inquit, *rebus principes consultant, de majoribus omnes, ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud Principes pertractentur*. (melius pertractentur) Item cap. XII. *Eliguntur*, ait, *in iisdem Conciliis & Principes, qui jura per pagos vicosque reddunt. Centeni singulis ex plebe comites, consilium simul & auctoritas adsunt*. Si itaque Comites creabantur ex plebe Principibus in jure dicendo adjungendi, utique Principes fuere nobiliori loco nati. Vid. Conring. Exercit. de Civib. Imp. num. XV. seqq. His præsuppositis quæritur, utrum adhuc hodiè ex illa Nobilitate quædam familiæ supersint? Joannes Micrælius existimat, omnes illos, qui jura Castri habent (die Schloßgesessene dicuntur) aliosq; nobiles habent subinfeudatos sive subvasallos, inter quos etiam quidam officia hæreditaria gerunt ex antiqua Nobilitate Svevica, Vandalica & Gothica esse oriundos. Ejusmodi sunt SWERINII Culinæ præfecti hæreditarii. MOLZANII Marschalli hæreditarii in Ducatu Stetinensi. FLEMINGII hæreditarii Marschalci Ducatus Pomeraniæ. BUGENHAGII Marschalli hæreditarii in Principatu Rugiæ & Barth. quorum Subvasalli sunt die Hagenowen/Ewerde. EIKSTEDII Camerarii hæreditarii, qui habent suos Subvasallos in Marchia Brandenburgica, quæ dicitur media, etliche von den Pfülen und Köteritzen. WUSSOVII Pocillatores hæreditarij. BORKII, quorum Subvasalli sunt die Ilsbecken/ Lockstetten/ Meseritzen/ Droßdowen/ Preußen/ Melline zu Reisekow/ Prechel/ Knuten/ Zastrawen/ Kettler. WEDELII, quorum Subvasalli sunt die Sager/ Lentzen/ Vogts. DEVITII, quorum subfeudarii sunt die Prechel/ Hanowen/ Weger/ Süringe und Klempzowen. OSTII & *Blucherii*, quorum subvasalli die Borentine. MANTEVFELII, quorum Subvasalli sunt die Kriesen. RAMELII Marschalli hæred. in Episcopatu Caminensi Subvasallos habent die Flatawen. ZOZENOVII habent die Reden Subvasallos. RAMMINII, AVSTINII,

NEUKIRCHII, SCHULENBURGII. Hos inquam omnes Micrælius putat ex vetusta Nobilitate Vandalica & Gothica oriundos lib.III.Chr. Pom. num. 35. & lib. VI. num. 43. Hæc verò illa ratione nixus asserit, quod nullibi allegentur ut advenæ. Verum, nisi hæc certioribus stabiliantur fundamentis, quis non videt, meras has esse conjecturas? Non enim verisimile est, Venedos sive Slavos, cum has oras essent ingressi, hic reperisse tot tamque potentes familias Veterum Germanorum, cum tot bellis, totque migrationibus in Italiam, Galliam, Hispaniam, ut & in Africam institutis, dubio procul fuerint penitus exhaustæ. Et licet illas invenissent, quis crederet, tantam Slavici populi Nobilitatem, quæque tot Historicis, imò ipsi etiam Micrælio celebratur, antiquis illis Vandalorum reliquijs fuisse cessuram? Veritati itaque magis consonum est, si asseramus à Sec. VII. in Pomerania non nisi *Slavonicas* floruisse familias. Ex quarum una fuit ille *Gniewomirus*, qui in urbe sua Vielun se contra Boleslaum III. Ducem Poloniæ defendit, cui postea Boleslaus urbem reddidit, Præsidemque eum Pomeraniæ constituit. Vincent. Ladlubko l. III. ep. V. p. 261, & ep. VIII. pag. 269. Deinde verò, cum Boguslaus I. & Casimirus I. Duces Pomeraniæ facti essent Principes Imperij Germanici, Nobilitas Germanica ex varijs Provincijs huc confluens efflorescere & Slavonica opprimi cœpit. Qui verò ex Slavonis abjuratis Slavonicis moribus se suis Principibus conformabant, eos verisimile est, licet Slavi fuerint, ad majores dignitates evectos, aut saltem pari cum cœteris Germanis dignitate fuisse habitos. Rectius itaque alij Pomeranorum Scriptores notant, circa An. Chr. 1179. demum præcipuas ex Saxonia & Brunsvicensi Ducatu huc commigrasse familias, velut ipse Micrælius fateri cogitur lib. VI. n. 42. Denominantur etiam quædam familiæ, quæ Sec. XII. huc commigrarunt, ut *Blankenburgii, Ramelii, Hornii, Plati, Lankii, Munchovii, VVinterfeldii,* Micræl. l. VI. num 42. fol. 448. Paul. Friedebornius addit plures, ut die von der Leine / von der Heine. lib. I. Chron. Stetin p. 6. Reliquas nobilium Pomeraniæ familias alijs peritioribus enumerandas relinquo, in quod studium invigilare dicitur Alb. Elzovius, cujus *Speculum Nobilitatis Pomeranæ & Principatus Rugiæ* expectamus.

XXI. Progredimur jam ad URBES Pomeranorum Veterum. Ex-

Extitisse quasdam urbes jam *Julij* Cæsaris tempore probare Micrælius annititur. Præsertim verò id de *JULINO*, quod hodiè *VVollinum* appellatur, probat, quod *Julium* Cæsarem authorem sui nominis nuncupet; non quidem eo modo, ac si Iulius Cæsar hanc Urbem à se conditam, à suo quoque nomine denominasset; sed forsan, quia tempore Octavij Augusti Domitius cum aliquot navibus ad Insulam Wollinensem appulit, ibique in honorem Iulij Cæsaris columnam, ut itineris sui terminum erexit; ad quam deinde populi confluxu facto urbs condita, *Julinum* à columna dicta est: aut etiam, quia Vandalici quidam Principes apud Iulium Cæsarem stipendia merentes, postea domum reversi, in honorem Iulij Cæsaris urbem illam condiderunt. Aut tandem, quod Vandali Veteres cum Romanis bella gerentes, Virtute Iulij Cæsaris, licet sui hostis, capti, in illius honorem urbem hanc exstruxerunt. Ut suspicatur Micrælius lib. I. Chron. num. 70. p. 105. seqq. Probabilis hæc sententia posset reddi ex eo, quod *Julienses* *Julium* vel *Julii hastam* coluerunt, ut refert Auctor Anonymus Vitæ S Ottonis. Ab eodem *Julio* Cæsare VVOLGASTUM urbem exstructam esse, ideoque apud urbaniores suo tempore vocatam fuisse *Juliam Augustam*, refert Helmoldus lib. I. Chron. Slav. cap. XXXVIII. (XXXIX.) SUNDAM etiam, quæ Postea dicta est *Stralsundia*, conditam fuisse centum annis post Christum Nat. à *Sunnone* Francorum Rege filio Richimeri Regis, tradit Trithemius lib. de Orig. Franc p. 7. citante Micrælio lib. I. n 72. p. 109. Adjungi his possunt Fabulæ Vincentij Kadlubkonis, qui Lesconem III. Regem Polon. cum *Julio* Cæsare bella gessisse, eundemque superasse refert, tandem *Juliam* *Julii* Cæsaris sororem in uxorem duxisse, à qua *Julinum* conditum est. lib. I. Chron. Polon. ep. XVI. p. 78. & 80. quamvis id de *Julino* intelligat, quod postea *Lublinum* appellatum est. Lublinum autem est oppidum in eadem Insula Wollinensi, quod *Joannes* Nauclerus appellat *Lubin*, Micrælius verò *Lebbin*, in Tabul. Geogr. *Lublini* ejusdem fit mentio & apud Authorem Anonymum à Valerio *Jaschio* editum. Porrò Micrælius etiam tempore Vandalorũ fuisse conditas refert urbes sequentes *Barth*, *Chollenbergam*, *Lebenburgum*, *Freyenvvaldiam*, *Damgar.ũ*, *Grypsvvaldiam*, *Greyffenbergam*, *Greiffenhagã* & alias Idque

in genere probat ex eo, quia tempore Slavorum jam ubique ab Authoribus citantur: A Slavis autem conditæ esse non possunt, quia Germanicis insignitæ sunt nominibus. De *Anklamo* civitate idem probat, quod Veterum *Anklorum* sive *Anglorum* nomen referat. Verum vel ex antè dictis constat, hæc incerta, pleraque etiam falsa esse. Nam primò dictum est Num I. tempore Strabonis has oras Romanis planè fuisse incognitas, quomodo igitur à Julio Cæsare, vel Augusto potuerunt hic urbes exstrui? Deinde idem Strabo disertis verbis testatur, nullas suo tempore in Germania fuisse urbes. Hæc enim sunt ejus verba: *Maxima est Suevorum Natio: nam & à Rheno ad Albim usque pertingit & trans Albim habitant pars eorum, ut Hermunduri & Longobardi, atque nunc quidem hi fugâ factâ omninò in ulteriorem regionem se conjecerunt. Certè omnium est, qui istis in locis degunt, facilis & expedita soli mutatio ob tenuitatem victus, & quod neque colunt agros neque fructus recondunt: Sed in casis habitant, structura in unum diem constantibus, cibus eis à pecore plurimus, ut & Nomadibus, quorum etiam imitatione rebus suis in currus impositis facilè cum pecore suo abeunt, quo visum fuerit,* lib. VII. Geogr. fol. 290. seq. Imò cum jam septentrionalia hæc loca Romanis innotuissent, idem tamen de Germanis in genere refert Cornelius Tacitus: *Nullas*, ait, *Germanorum populis urbes habitari satis notum est: ne pati quidem inter se junctas sedes. Colunt discreti & diversi, ut fons, ut campus ut nemus placuit.* lib. de Morib. Germ. c. XVI. Fuerunt quidem postea hinc inde pagi conditi, quos etiam urbes nominavit Ptolemæus, qui post Tacitum sub Antonio Imp. suam scripsit Geographiam Recenset autem Ptolemæus in his locis, *Laciburgum, Bunitium, Viritium, Virunum Rugium.* RVGIVM quod fuerit in Pomerania situm, jam supra probavimus. VIRITIVM hodiernum *Piritz* esse quidam contendunt. LACIBVRGVM & BVRITIVM ad Ducatum Mechelburgensem referuntur. VIRINVM situm fuit in Marchia Verana: Quod verò hæ non fuerint urbes muris cinctæ, sed tantum vici, probatur non solum ex illorum temporum simplicitate, sed etiam ex Herodiano, qui Sec. III. vixit. Hic enim lib. VII. Historiæ cum dixisset: *vicos omnes incendendos diripiendosque militibus concessit*, addit: *Namque oppida eorum* (τὰς πόλεις αὐτῶν) *atque ædificia omnia ignis*

*ignis depascitur*. Conf. Herman. Conringius in Disp. de Vrbib Germ. num. XXI. seqq. Ex eo verò, quod temporibus Slavorum dictæ urbes passim memorantur, non sequitur, illas à Slavis non esse conditas, sed à Vandalis. Nam à Sec. VI. usque ad IX. paucissima de Slavis apud Veteres Historicos leguntur, quo temporis spatio multa potuerunt condidisse castella, quibus se, ut advenæ, novique harum regionum incolæ, tutari possent contra finitimorum incursiones. Neque tamen illud præfractè negaverim, fuisse Vandalorum temporibus quosdam vicos, qui successu temporis à Slavis sive Venedis in loca Vandalorum succedentibus muris cincti sunt, retentis antiquis Vandalicis nominibus. Non erunt itaque hæc absurda, à Slavis conditas esse urbes, nomina tamen esse Germanica: quamvis de quibusdam meritò dubitari possit, an sint Originis Germanicæ, ut postea videbimus.

XXII. A Slavis multas urbes esse conditas in Pomerania, non est, quod dubitemus. *Julinum* celeberrimum olim emporium (hodiè dicitur Wollinum) quando sit conditum, dici non potest. Neque ex nomine illud colligi potest, utrum Germanis, an verò Slavis originem suam debeat. Prima ejus mentio fit Slavicis temporibus, idque post tempora Caroli M. Vid. Conring. in Disp. de Vrbib. Germ. num. XXIX. Hujus *Julini* laudes videantur apud Adamum Bremensem lib. II. cap. XII. p. 50 Chytræum in Præfat. metropoleos. Steph. Stephanium in Not. ad lib. X. Hist. Dan. Saxonis Grammatici fol. 197. seq. Dan. Cramer. lib. I. Chron. Pom. Eccl. cap. XXI. fol. 32. seqq. *Demmini* frequentissimè fit mentio jam tempore Caroli M. ut ex Adamo Bremensi & Helmoldo apparet. *Camminum* quoque tempore Ottonis Bamberg. Episcopi jam fuit sedes Principis. Quando verò, & à quibus urbes hæ conditæ sint, certum tempus vix determinari potest. *Stetinum*, quod à Slavis sit restauratum, tradit Paulus Fridborn. l. I. Chron. Stet. p 24. Vid. & Micræl. l. VI. Chron. Pom. 559. seqq. Hi tamen Scriptores non probant, ante *Slavos* hanc urbem extitisse. Præterea Fridebornius, Micrælius & Cramerus asserunt, urbem hanc apud Helmoldum nominari Stitinum, apud quem tamen nihil tale deprehendere potui. *Belgard* & *Stargard*. à Slavis esse conditas vel ipsa nomina testantur, *Starigrod* enim Slavis est *vetus castrum, sive vetus arx*. Alb. Cranzius

zius interpretatur magnam, nobilem & *antiquam* civitatem lib. III. wan-
dal. cap. IV. *Bialygrod* verò idem est, quod *castrum album*. Unde etiam-
num Polonis dicuntur *Sady Grodzkie* i. e *Iudicia Castrensia*, Germani
dicerent, die Schloß oder Burggerichte. In specie *Starigrod*, quod
veterem arcem significet, cognoscimus etiam ex alia urbe Slavorum in
wagria, Holsatiæ provincia, quæ itidem Slavis Starigrod, à Germanis
verò Aldenburg dicebatur antiquitus. Per *Bialygrod* ( quod deinde
Germani corruperunt in Belgard ) Veteres Slavos intellexisse Al-
bum castrum, cognoscimus ex Vincentio Kadlubkone, qui *Belgarden-
ses* aliquoties appellat *Albenses*. Nam de Boleslao III. Crivousto ver-
ba faciens: *Peramplissimis*, inquit, *Pomeranorum municipiis, his adactis,
illis altrò sese dedentibus, Albenses resistere contendunt, quos urbs famo-
sissima, quæ est Pomeraniæ, centrum inclusos obsidione cingit, & obsessis duo
scuta intentans unum album, rubrum alterum. Utrumlibet, inquit? At-
illi album, quia hoc pacis in se blanditur candorem, illud terribile cruoris mi-
natur asperginem. Civibus ille sanè. Si ergò Albam vultis esse Albam,
deditione candidetur. &c.* lib. III. ep. III. pr. p. 252. Conf. Cromer. lib.
I. Chron. cap. XXVII. fol. 47. Hæc itaque, cum adeò clara sint, miror,
Beat. Micrælium eò fuisse studio partium abductum, ut illa negaret,
quod tamen eum fecisse videmus in Præfat. ad lib. II. Chron. ubi omni-
bus modis contendit. hæc nomina ex Germanico deducere. *Colber-
gam* antiquitus dictam fuisse *Colobregam* quidam volunt, inter quos
etiam est Vinc. Kadlubko lib. III. ep III. p. 254. Micrælius pro suo
in Germanos affectu eam ab antiquis Germanis deducit, quod ex Ger-
manico nomine, Berg intelligi posse contendit, probatque ex Dith-
maro Mersburgensi, qui jam Sec. XI. post Chr. Nat. eam appellat *Sal-
sam Cholbergiensem* lib. VII. p. 228. & sanctam *Cholbergiensem* Ecclesi-
am lib. II. p. 84. Quod in medio relinquimus. Quamvis respondere
possemus, Dithmarum, ut Germanum, potuisse facilè nomen Slavo-
nicum in Germanicum, quod illi vicinum est, detorquere. *Stolpam*
quod attinet, illa antiquitus Slavonico vocabulo dicta est *Slup*, quod
columnam significat. Hinc ipse B. *Joan.* Micrælius antiqui Privilegii
An. 1252. scripti producit exemplum, ubi scripserunt more antiquo Po-
lonico Comes Ceslaus, Tribunus Slupensis, Comes Laurentius Sub-
da-

dapifer Slupensis. ComesPomortiꝰ Subdapifer Slupensis. Micræl. l. VI. p. *517* Ex quibus patet, Slavonicam hanc esse urbem. *Usedomii* urbis jam Helmoldus meminit, sed sub nomine *Vzne*, ubi dicit, institutum fuisse Episcopatum. An per errorem hæc scripserit, non liquet. lib. II. Chron. Slav. cap. IV. p. *222*. Sed præter has urbes fuerunt & aliæ Slavorum tempore, quæ tamen destructæ semel non sunt iterum restauratæ. Inter quas prima *VVineta* fuit ad Ostium Oderæ, quà se exonerat in mare Balthicum. Fuisse hæc dicitur *maxima omnium, quas Europa claudit, civitatum*, ut inter alia ejus præconia refert Helmoldus, qui etiam urbem hanc à quodam Danorum Rege destructam testatur lib. I. Chron. Slav. cap. II. Aqvis eam obrutam & adhuc sub aquis conspici, memorat Micræl. lib. II. n. *15*. p. *143*. In insula Rugia *Arcona* & *Carentum* destructæ sunt à Danis circa med. Sec. XII. Vid. Cramer. lib. I. cap. XLVI. & seqq. Micræl. lib. II. n. 82. & n. 17. Perierunt & aliæ urbes Slavorum temporibus, ut *Rethre* apud Lutitios, ubi postea *Loyz* ad Panim. *Grosvvynum* etiam ad Panim fl. non procul ab Anclamo situm fuit. Cujus crebra fit mentio Sec. XII. *Dodona* inter Inam & Regam. *Zazina* inter Persante & Bra. *Mirchø* ad fontes Lebe fluvij. *Lepzki* ad ostia Lebe. Micræl. lib. II. num. *17*. pag. *146*.

XXIII Cum Principes Pomeraniæ Imperio Germanico se subjecissent, multosque ex Saxonia aliisque Regionibus Germanicis evocassent, multæ ab advenis illis conditæ sunt urbes, aliæ etiam sunt ab iis restauratæ & exornatæ. Numerantur verò inter illas Golnaw / Anklam / Ukermünde / Penkuhn / Freyenwalde / Regenwalde / Damm / Grimmen / teste Paulo Fridbornio lib. I. Chron. Stetin. pag. *6*. Addit adhuc plures Joannes Isacius Pontanus, nempe *Vrebedam*, itemque in extremis Pomeranis *Slochoviam*, *Colvizium*, *Coslinum*, aliasque lib. VI. Rer. Dan. ad an. *1188*. fol. 280. Nec quievere inter hæc Rugiani Principes, sed & ipsi Saxones variis Privilegiis & immunitatibus allicere non destiterunt, qui etiam circa An. *1208* in insula Rugia urbem Bergen condiderunt. Paul. Fridborn. lib. I Chron. Stetin. p. *6*. Micræl. lib. III. Part. 1. n. *7*. p. *310*. Sequenti anno

*Stralſundia* urbs ab iisdem Saxonibus, ſub auſpiciis *Jaromari* Principis Rugiæ, exſtructa eſt. Licet verò Micrælio Stralſundia à Sunnone filio Richmeri Regis Francorum centum annis poſt Chr. Nat. condita eſſe videatur, quod tradidit etiam Trithemius à Micrælio citatus, illud tamen nobis non fit veriſimile, cum deſtituatur ſententia hæc Veterum authoritate. Noſtram autem ſententiam probamus ex Alberto Cranzio, cujus verba hic adducemus: *An. poſt Chriſt. Nat. MCCIX. VValdemarus Daniæ Rex miniſterio Jarimari Principis Rugianorum fundavit urbem nunc præcipuam Straleſundenſem: quæ nunc in cæteris urbibus VVandalicis, non minima floret opibus, civibus plena, ædificiis exornata, quæ unde nomen ſortita ſit, pauliſper intendamus. Danicæ lingvæ vocabulum Sund inſinuat, ejus authorem fuiſſe Dannum, aut Danis parentem: talis incunctanter tum fuit rerum ſtatus. Vocant autem Dani anguſtam maris faucem Sund. Nam cum Dania ſit tota inſularis præter Jutiam & Scaniam, quæ ſunt peninſulæ, multas eſſe fauces maris faciunt inſulæ ſibi objacentes. Inde Orſund, Gronſund, & ejus generis. Eundem in modum hæc urbs, quam ſcribimus, objacens Rugiæ VVandalorum inſulæ Stralſund eſt vocitata, quod proxima inſula Strela diceretur.* Hæc ille lib. VII. Wandaliæ cap. V fol. 151. ſeqq. Perfecta verò eſt urbis ſtructura An. Chr. 1230. unde verſus:

Annis ducentis (200) terdenis (30.) mille retentis
Fit Stralſundenſis urbs eſt cui nomen ab undis.

Confer & Cramer lib. I. cap. XXXVIII. Sec. XIII. circa An. 1222 conditæ ſunt duæ urbes in Pomerania *Greiffenhaga & Gripſvvaldia. Greiffenberga* etiam circa An. 1262. à Barnimo I. Principe muris cincta eſt. Micræl. lib. VI. p. 567. Priores etiam illas duas urbes tantum dicto tempore reſtauratas eſſe, vult Micræl. lib III part. 1. num. 11 p. 312. quibus aſſenſum præbere non abnuerem, ſi modo ſententiam ſuam ex antiquis monumentis ſtabiliviſſet. *Stolpam* certè fateor fuiſſe, antequam circa An. 1310. à Waldemaro II. & *Joanne* IV. muniretur, ut ex Num. ſuperiori patet. Conf. Micræl. lib VI. Chron. Pom. p. 585. *Neoſtetinum* An. 1309 conditum eſt à Wartislao, in finibus Pomeraniæ. Micræl. lib. VI. p. 615 Sed hæc ſufficiant de Urbibus

XXIV. Tandem etiam originem CHRISTIANISMI apud Pomeranos pau-

paucis investigabimus. Non agemus verò hic de *Hertha*(die Erde)Dea, (quam coluere septem populi maritimi, teste Tacito)aliisq; Diis Vandalorum, Gothorumque,de quibus videri possunt Phil Cluv.l.I.Germ. Antiq c.XXII.& Elias Schedius in Synt.de Diis Germanorum.Neq; hic multis agemus de cultu *Radegasto* aliisq; Dijs apud Slavos in his terris instituto.De quo videri potest Helmoldus lib.I.Chron. Slav. cap.LI. (LII.)& in hunc locum quæ annotavit Henricus Bangertus. Id nobis jam sufficerit,si initia religionis Christianæ apud has gentes rudi penicillo adumbraverimus. Sec.IX.licet tempore Caroli M.etiam gentes in occidentali Pomerania habitantes fuerint subactæ,non leguntur tamen omnes ad fidem Christianam fuisse conversæ. Et licet Imperator Hamburgensem Ecclesiam Slavorum metropolim constituerit, religio tamen in hoc tractu maritimo non fuit propagata, nisi apud *VVagrios* in Holsatia&. *Obotritos* in Mechlenburgensi Ducatu,Vid. Eginhardus in Vita Caroli M. cap.XII.Adamus Bremensis lib.I.Hist.Eccl c.XII.seq. Eodem Sec.IX,sub Ludovico Pio Imp.*Rugiis* prædicarunt Evangel.Monachi *Corbejenses* à Ludov.I.fundati,teste Adamo Bremensi lib.I.Hist. Eccl.c. XV.p.*17*. Quamvis postea statim ad Paganismum defecerint, electo sibi in Deum Sventi Vito i.e.Sancto Vito, quem Patronum ante habuerant,cum essent Christiani,qua de re sic loquitur Helmoldus. *Tenuit fama commemorat, Ludovicum Caroli filium, olim terram Rugianorum obtulisse Sancto Vito in Corbegia; eo, quod ipse fundator extiterit Cœnobii illius. Inde egressi Prædicatores gentem Rugianorum sive Ranorum ad fidem convertisse feruntur, illicque oratorium fundasse in honorem Viti Martyris, cujus venerationi Provincia consignata est. Postmodum verò, ubi Rani, qui & Rugiani, mutatis rebus, à luce veritatis aberrarunt, factus est error pejor priore. Nam S.Vitum, quem nos servum Dei confitemur, Rani pro Deo colere cœperunt, fingentes ei simulacrum maximum, & servierunt creaturæ potius, quam Creatori. Adeo autem hæc superstitio apud Ranos invaluit, ut Zvantovith Deus terræ Rugianorum inter omnia Numina Slavorum primatum obtinuerit.* Lib.II.Chron.Slav. cap. XII. p.235. Conf.lib. I.cap. VI.& c.LII. (LXX.) Posthæc Sec. X. Otto I. Magnus erexit Archiepiscopatum Magdeburgensem, cui subjecit populos Slavicos à se devictos ex parte Australi us-

usque ad Panim fluvium. Suffraganei ejus Archiepiscopi fuerunt sequentes Episcopi: Mersburgensis & Ciciensis ad Salam. Misnensis ad Albim, Brandeb. & Havelburgensis in hodierna Marchia Brandeburgica. Adam Bremens.lib.II. cap. VII. [59) pag. 47. Conf. Helmold lib.I. Chron. Slav.cap. IX.fin. Per eundem tamen Ottonem videntur *Chizzini* & *Circipani* ultra Panim ad Christianismum conversi & Archiepiscopo Hamburgensi subjecti esse usq; ad fluvium Panim, adeò, ut Sec. X. omnibus populis Pomeranicis à parte occidentali Oderæ fluminis, ubi tum habitabant *VVilzi* sive *Lutici*, lux Evangelii illuxerit. Permanserunt etiam hi populi in fide Christiana tempore Ottonum, ut disertis verbis testatur Adam Bremens. lib.II. cap.XXXI (84.) pag 63.ubi ait: *Omnes igitur Slavi,qui inter Albim & Oderam habitant per annos LXXX.& amplius Christianitatem coluerunt, omni videlicet tempore Ottonum.* Hæc ille. Sed post tempora Ottonum à Christianis plus justo pressi, ab Imperio defecerunt, ducibus Mizzedrog, & Mistivoi, uti cap. præcedente refert Albertus pag 62. Post primam conversionem à Carolo M. & secundam ab Ottone 1. factam, tertia conversio illorum Slavorum numeratur facta à Godeschalco Principe initio Sec.XI inter quos Slavos ex nostris etiam *Chizzini*, & *Circipani*, defecerant enim antè, conversi esse referuntur, eoq; zelo id peregit Dux ille, *ut sui Ordinis oblitus frequenter in Ecclesia sermonem exhortationis ad populum fecerit, ea quæ mysticè ab Episcopis & Presbyteris dicebantur Slavonicis verbis cupiens reddere planiora*, ait Adamus Bremensis lib III. Hist. Eccl. cap. XXII.pag.96. Interea temporis etiam in Pomerania Orientali Christianam Religionem,annitentibus Poloniæ Ducibus,fuisse propagatam, Ecclesiasq; constitutas docemur à Dithmaro Mersburgensi Episcopo,qvi disertis verbis testatur, *Cholberga* fuisse Episcopum institutum, qui ut suffraganeus subjectus fuit Archiepiscopo Gnesnensi ab Ottone III. Imp. lib. IV.Chron. pag 64. Sed neque Occidentales (qui Germanis citeriores, nobis autem ulteriores ) neque orientales (qui nobis sunt citeriores & Germanis ulteriores ) constantes in fide perstiterunt. Fluctuavit itaq; Christianæ Religionis in Pomerania status usq; ad Sec. XII. nempe ad *Henrici* V. Imp. & *Boleslai* III. co-

III. cognomento Crivousti Ducis Polon. ut & *Heinrici Leonis* Ducis Saxoniæ, *Ottonisque* Bambergensis Episcopi tempora.

XXV. Cui ex modò memoratis Principibus secundum Deum laus conversæ Pomeraniæ debeatur, variæ sunt Scriptorum, pro vario in suos Principes studio, sententiæ. Alij Henricum Leonem & Ottonem Episcopum hic memorant, ut Gabriel Bucelinus Part I. Germ. ad an 1123. fol. 82. Confer. Paul. Friedborn. l. I. Chron. Stetin. pag. 5. Alij autem, cum quibus & nos facimus, conversionem Pomeranorum adscribimus Boleslao III. Crivousti, Duci Pol. qui S. Ottonem ad hoc sanctum opus evocavit, utpote jam antea in Polonia educatum & lingvæ Slavonicæ peritissimum, ut referunt Scriptores Pomeranici. Vid. Dan. Cramer. lib. I. Chron. Pomer. cap. III. & IV. Cum enim Boleslaus hic jam antea tentasset, Pomeranos convertere per Bernhardum Monachum, qui Pomeraniam ingressus, summi Dei ministrum sese appellavit, cumq; tum Pomerani ex vili habitu divini ministri, Dei ipsius potentiam metientes, conversionem abnuerent, Boleslaus Ottonem virum magnæ existimationis & auctoritatis ad eos convertendos evocavit, ne convertentis vilitate offenderentur. Dan. Cram lib. I. Chron. cap. VI. fol. 18. seq. Factum id est Anno à reparata Salute 1124. secundum versum:

*Anno milleno centeno bis duodeno*
*Otto pius phanis fit Apostolus in Pomeranis.*

S. Otto Pomer ingressus convertisse dicitur VVart Ducem Pomeran. Sic enim hac de re Helmold: *Otto Bavebergens.* inquit, *Episcop., qui invitante pariter & adjuvante Boleslao Polonorũ Duce, Deo placitam adiit peregrinationẽ ad gentem Slavorum, qui dicuntur Pomerani, & habitant inter Oderam & Poloniam. Predicavitque Barbaris verbum Dei cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis; omnemque gentem illam cum Principe eorũ VVercislao convertit ad Dominum.* Lib. I. Chron. Slav. cap. XL. Et alibi, nempe lib. II. cap. IV. *VVerceslaum per manus S. Ottonis Bavebergensis Episcopi conversum esse,* scribit. Gemina habet Albertus Stadensis ad an. 1118 cujus verba sunt: *In illis diebus claruit vir insignis sanctitate Otto Episcopus, qui invitante pariter & adjuvante Bolislao Polonorum Duce adiit peregrinationem ad gentem Slavorum, qui dicuntur Pomerani, predicavitque*

*Barbaris verbum fidei, omnemque gentem illam cum Principe eorum VVercislao convertit ad Dominum.* pag 155. Consentit his Albertus Cranzius lib. III Wandal cap. XXIIX. fol. *71.* & lib. VII. Wandal. cap. XVII. fol. *157.* Præsertim lib. V. VVandal. cap. XXXVI. ubi rudimenta fidei Christianæ VVertislaum accepisse ab Ottone Bambergensi refert. His tamen non obstantibus, Pomeranici Scriptores VVartislaum Principem jam ante adventum Ottonis, sacris Christianis fuisse initiatum, in Germania referunt, idq; probant ex Vita Ottonis, Bambergensis Anonymi cujusdam Scriptoris, cujus verba hac de re producemus. *Ipse* ait auctor ille, *Princeps VVartislaus in pueritia sua captivus erat in Teutonicas regiones abductus, atque in oppido Mersburgensi Baptismi gratiam consecutus.* apud Dan. Cramer. lib. I. Chron. Pom. Eccl. cap. XII. Conf. Micræl. lib. II. Chron. n. *69.* pag. *230.* Alius Anonymus Vitæ Ottonis Bambergensis Scriptor hæc habet verba: *Per Bohemiam* (Otto) *Deo Duce, in Poloniam pervenit: Moxque, tribus Presbyteris in cooperarios assumptis, Pomeraniam adit. Ei verò Christiernus terræ illius Princeps, qui jam Christianus erat, honorificè processit obviam, &c.* apud Laurentium Surium Tom. IV. ad 2. *Julii* fol. *54.* Conciliatio horum cum prioribus forsan elici poterit ex sequentibus verbis modò laudati Auctoris: Ubi fol. *55.* *Effecit,* inquit, *præterea B. Otto vir Apostolicus, ut Dux Verceslaus viginti quatuor concubinis aut pellicibus suis propudiatis solam legitimam conjugem retineret.* Vita S. Ottonis, quàm contractam & puriori latinitate donatam edidit Valerius *J*aschius, de adventu Ottonis sic habet: *Dux Pomeranorum cum quingentis viris obvius Episcopo factus fidem Christianam, quam hactenus clam habuerat, laudavit publicè.* Postea refert, wartislaus suasu Ottonis pluribus uxoribus repudiatis, unam tantùm retinuisse. Forsan itaq; Princeps hic in Germania fonte Baptismatis fuit ablutus, postea verò in Pomeraniam rediens in gentilismum relapsus est, retinuitque concubinas suas usq; ad adventum S. Ottonis, à quo plenè fuit conversus.

XXVI. Urbes, quæ in prima hac Ottonis in Pomeraniam expeditione Christo nomen dederunt, *J*oannes Nauclerus numerat sequentes Piriz, Stetin, VVullin, Gamensf. Caminum, Colberg, Belgrado, Lubin

Gresch

Cresch (Garditia vocatur Auctori Vitæ Ottonis Apostoli Pomeranorum à Valerio Jaschio edito) Volum. II. Generat XXXVIII. circa med. fol. 745. Addit modò citatus Vitæ Ottonianæ Scriptor & Dodonam. Tunc Stetinensium Deus *Triglavv* i.e. triceps fuit eversus, caput verò ejus monstrosum ab Ottone Romam fuit missum. Vid. Vita Ottonis à Valerio Jaschio edita. Idem dicendum est de Wolgastensium Diis *Herovveit & Barovveit*, ut & de Obotritarum Deo *Ridegast*, quem Gentiles tunc refecerant. Jam enim tempore Ottonis Magni idolum Ridegast cum urbe Rethre, quæ tunc fuit idololatriæ sedes, eversum est. Vid. Henr Bangert. in Notis ad lib. I. Helmoldi. cap. LII. (LIII.) pag. 127. & ex antiquis VVitechindus lib. III. de reb. gest. Sax. circa fin. fol. 46. & 49. Eodem etiam tempore Mizlaus Comes in Guzkovv baptizatus est. Cramer. lib. I. cap. XXXIII. fol. 55. Ne verò Pomerani rursus in Paganismum relaberentur, institutus est Episcopatus JULINENSIS ab Ottone Bambergensi, primusque Episcopus factus est Adalbertus Ottonis Comes & Adjutor. Cramer. lib. I. cap. XXXV. Ast Helmoldus Episcopatum illum, non Julinensem, sed UZNAM sive UZNENSEM appellat lib. II Chron. Slav. cap. IV. pag. 222. Per Uznam autem Veteres intellexisse *Usedomium*, putat Micræl. Unde dicendum esset, hunc Episcopatum primò institutum fuisse Usedomii. An per errorem hæc Helmoldo exciderint, mihi non liquet. Quamvis existimem, fidem ei, ut auctori συγχρόνῳ, non prorsus esse denegandam. His ita peractis Otto Bambergam contendit, ibique triennio detentus in Pomeraniam iterum revertitur, multasque civitates ad Christianam fidem pertrahit, ut *Usedomiam*, *VVolgastum*, *Gotzgangiam* (Valerius Jaschius hic *Gutzkoviam* notari putat) alias verò jam antea conversas in fide confirmat. Vid. Auctor Vitæ Ottonis à Valerio Jaschio editus. Post hæc, cum varia bella ex Dania Pomeraniæ imminerent, transtulit Pomeranicum Episcopatum Casimirus I. Pomer. Princeps *Caminum*, ut in locum tutiorem, idque factum est An. 1176. sedente Conrado Episcopo Cramer. lib. I. cap. XXXVI. fol. 70. Huic Episcopatui hodiè feliciter præficiet Illustriss. atque Celsissimus Princeps Dominus Dn. ERNESTUS BOGUSLAUS, Dux Croji & Areschotti &c. &c. RUGIAM, licet post Monachos Corbejenses, eorum

eorum converſio ab Vnnone Archiepiſcopo Hamburgenſi & ab Ottone Bambergenſi tentata ſit, ſerius tamen Chriſtianiſmum ſuſceperunt. Videlicet vigeſimo anno poſt abitum Ottonis è Pomerania, orto inter Rugios & Pomeranos bello, Ratiborus tutor Caſimiri I. & Boguſlai I. Ducum Pomeraniæ Rugijs ademit ditiones & urbes *Barth, Grimmen* & *Tribſees*, induxitque in eas religionem Chriſtianam. Factum id eſt An. 148. ſub Conrado III. Cæſare. Poſthæc An. 1166. VValdemarus I. Rex Daniæ intulit bellum Principibus Rugiæ convicijs laceſſitus, quo bello ſubactâ eſt Rugia. Occupatâ enim urbe Carenz, idoloque Rugeviti, quod ſepticeps erat, everſo, ut & *Arconâ* ad deditionem coactâ, idoloque ejus quadricipiti confracto, Religio Chriſtiana in Inſulam Rugiam introducta eſt per Bernonem, Svenonem & Abſolonem Epiſcopos. Vid. Helmold. l. II. Chron. Slav. cap. XII. pag. 234. Dan. Cramer. lib. I. Chron. à cap. XLVI. usque ad finem libri. Micræl. lib II. num. 82. ubi talia plurima occurrunt, quæ hic exſcribere vetat inſtitutum noſtrum. Sic itaque Pomerania tota Chriſtianam religionem recepit. His itaque peractis, reſtabat adhuc, ut ad amplificationem Eccleſiæ liberalium artium cura ſuſciperetur. Quapropter VVartislaus IX. Dux Pomeran. ſuaſu Doctoris Henrici Rubenovv, Conſulis Grypſvvaldenſis Academiam *Gryposvvaldiæ* An. 1456. inſtituit, & Rubenovium primum Rectorem Academiæ eſſe voluit. Confirmavit illam Academiam Calixtus III Papa Rom. Vid. Dan. Cram. lib. III. Chron. c. XLII. fol. 107. ſeq. Ioan. Micræl. lib. III. Chron. n. 81. p. 228. Tandem etiam ſuperiori Seculo *Pædagogium Stetinenſe* erectum eſt ſub auſpicijs Philippi & Barnimi Ducum Pomeraniæ An. 1541. qua de re Vid. D. Cramer. lib. III. Chron. Eccl. Pomer. cap. XXXVIII.

---

Lectori Candido S.

*Cum Originibus Pomeranicis non exiguum lumen accedat è Tractatu celeberrimi DN. Hartknochij, Amici mei ſpecialis & verè candidi, de REPVBL. POLONICA: velim, diligens Lector, illum evolvat. De Pomerania autem noſtrâ libuit è dicto Tract. primi libri ſextum caput integrum huc ponere, cum non ſit prolixum & totum huc pertineat. V.*

*M. RANGO.*

# CL. CHRISTOPH. HARTKNOCH.

## De Republ. Polon.

### CAPUT VI. LIB. I.

## DE POMERANIA.

### I.

POmeraniæ nomen Slavonicum esse non dubitamus asserere, quicquid etiam dicat Cl. Micrælius *in Præfat. in Part.* II. *Chron. Pomer.* Nam *Pomorska*, subintellige, *Ziemia*, est idem quod litoralis, sive maritima terra. Dicitur etiam simpliciter *Pomorska* Polonicè, & Pomerania Latinè. Hinc etiam Vincentius Kadlubko antiqvus Scriptor Polonicæ Historiæ semper ferè Pomeraniam appellat MARITIMAM, & frequenter apud ipsum occurrunt: *Maritimæ Præses: Maritimæ Dux: Ingressus est Maritimam*, & aliæ formulæ. Qui Cl. Micrælium de significatione particularum Polonicarum, *u*, *po*, *przy*, edocuerunt, ignari ipsi fuerunt lingvæ Polonicæ. Nec mirum est Slavonicum Regioni inditum esse nomen, cum & oppida Pomeraniæ multa Slavonica sint, ut *Belgard* sive *Bialygrod* i.e. Alba Civitas, sive Album Castrum. *Stargard* sive *Starigrod* i.e. vetus Castrum. Quædam reperiri etiam nomina Germanica, non erit nobis præfractè negandum, cum non solum antè ingressum Slavorum sed & post ea tempora Germani incoluerint Pomeraniam.

II. An verò statim ab ingressu Slavorum in Germaniam Pomerania fuerit Polonis subjecta, nec ne, dubitari à multis videmus. Affirmant hoc Poloni, negant Pomerani. Cui sententiæ calculum nostrum addere debeamus, in defectu veterum monumentorum, vix apparet. Pro Pomeranorum autem sententia militat illud, quod Helmoldus Pomeraniam numerat inter liberas illas Slavorum Provincias extra Poloniam. *Ubi ergò* inquit Helmoldus, *Polonia finem facit, pervenitur ad amplissimam Slavorum Provinciam eorumque qui antiqvitus Vandali, nunc autem VVinithi sive VVinuli appellantur. Horum primi sunt Pomerani, quorum sedes protenduntur usqve ad Odderam.* Et post: *Oddera vergens in Boream transit per medios VVinulorum populos, dividens Pomeranos à*

*VVilzi.* Hæc Helmoldus *lib. I. Chron. Slav. cap. 2.* Antè Helmoldum Adamus Bremensis de his rebus ita scribit: *Undè incipiunt fines Hammaburgensis Parochiæ, qui per maritimos Slavorum populos longo tractu porriguntur usqve ad Panim fluvium, ibi limes est nostræ diœcesis. Indè VVilzi & Lenticii sedes habent usqve ad Odderam fluvium: trans Odderam autem comperimus degere Pomeranos. Deinde latissima Polonorum terra, cujus terminum dicunt in Ruzziæ regnum connecti. Hæc est maxima & ultima VVinulorum Provincia, qvæ & finem facit illius sinus.* Hæc ille *lib. de Situ Daniæ & reliqvarum Septentrional. regionum pag. 145* Ex quibus cognoscimus, non tantum Pomeraniam tunc fuisse dictam eam regionem, qvæ in parte orientali amnis Odderæ sita est: sed etiam Pomeraniam tum temporis extra Poloniam fuisse. Poloniam qvoqve in hodierna Pomerellia & Cassubia mare Balticum attigisse. An autem à primo ingressu Slavorum in Germaniam ita se res habuerit, difficile dictu est. Nos ea qvæ apud Historicos reperiuntur hic proferemus.

III Qvæ de Lesci III. Ducis Polon. regnorum divisione inter viginti filios naturales, vulgò apud Historicos Polonicos referuntur, ea fabulosa esse jam supra probavimus. Conferatur etiam Micræl. *lib II. Chron. Pomeran. num. 29. pag. 68. seqq.* Seqventibus autem temporibus Pomeraniam à Polonis fuisse tentatam, dubitari non potest. Nam Ziemovitus Piasti filius Pomeranis & Cassubijs bellum intulisse memoratur; sed illis nondum domitis rebus humanis exemptus esse dicitur. Cromer. *lib. II. fol. 430.* Bellum hoc Pomeran. Ziemoviti successor Lescus IV. non est persecutus, itaqve Pomerania sui juris mansit. Crom. *in Lesco IV. fol. 430.* Alij tamen; ut Wenceslaus Hagecus *in Hist. Bohem.* dicunt Lescum IV. Pomeraniam occupâsse.

IV. Sec. X Otto III. Imp. concessisse dicitur Boleslao I. Chrobri Regi Polon. ut Pomeranos, wendos, Prussos & Russos sibi subjiceret. Helmoldus: *Eodem*, inqvit, *tempore Boleslaus Polonorum Christianissimus Rex confœderatus cum Ottone III. omnem Slaviam qvæ est ultra Odderam tributis subjecit.* Lib. *I Chron. Slav. cap. 15.* Per Slaviam trans Odderam intelligit Pomeraniam & Cassubiam. Et hoc primum jus esse, dicit Micrælius, qvod Poloni acceperunt in Pomeranos Orientales, *lib. II. Chron. Pomer. num. 46. pag. 191.* Subjecisse tum sibi Boleslaum

um inter alias gentes & Pomeraniam testatur Kadlubko *lib. II. epist. 13. pag. 138.* Cromer. *lib. III. fol.* 438. Præter hæc Otto III. cum Boleslaum I. Regem Pol. Gnesnæ inviseret, Gnesnensi Archiepiscopo subjecit Reinbertum Sanctæ Cholbergensis Ecclesiæ Episcopum. Dithmarus Mersburgensis. *lib. IV. pag. 83.* Qvod autem tum Cholbergensis Episcopus fuerit subjectus Regi Poloniæ, cognoscimus ex eo, qvod eum in negotiis suis solitus sit in alia regna ablegare. Etenim idem Dithmarus refert Boleslaum I. Reinbertum Præsulem falsæ Cholbergensis misisse cum filia sua in Russiam, qvam Regis wolodimiri filius duxit uxorem *lib. VII. pag. 228.* De hoc Episcopatu Cholbergensi *Vid* etiam Micræl *lib. VI. Chron. Pomer. pag 574.*

V. Sec. XI. Miecoslaus II. Rex Polon. Boleslai I. filius Cassubios & Pomeranos Orientales subegit, omnibus castris occupatis inter fluvios Persante, Bra & Vistulam, easque tradidit Belæ Hungariæ Regis fratri. Bonfin. *lib. II. Dec. 2. fol. 222.* JoanNadaniji *in Flor. Hungar. lib. II cap. 6.* Imò Belam hunc beneficio Regis Poloniæ obtinuisse & Pomeraniam Occidentalem, inde colligi potest, qvod ibidem reperta sint vestigia Hunnorum, nempe corpora inusitatæ magnitudinis, qvalia & in Pomerania Orientali reperiebantur. *teste* Micræl. *lib. II. Chron. Pomer. num. 52. p. 200.* Recedente Bela in Hungariam Pomerani jugum Polonicum excussere, qvod ipsis iterum imponere conatus est VladislausHermannus Micræl. *lib. II. num. 61. pag 218.*

VI. Circa tempora Henrici IV. Imp. & Vladislai Hermanni, ut & Boleslai Crivousti Ducum Poloniæ, vixit SVANTIBORUS Dux Pomeraniæ, à qvo continuâ serie seqventes Pomeraniæ Duces descendunt. Vnde autem ille fuerit oriundus, dissentiunt Authores. Poloni Scriptores eum à spurijs Lesci III. filijs, alij à Gryphonibus nobili familia Polonica oriundos existimant. Alij tamen illos à Polonis descendere negant. Micræl. *lib. II. num. 57. pag 207. seqq.* Hic Svantiborus in Pomerania à suis captus, Ducatum Pomeraniæ Boleslao III Crivousto Duci Poloniæ subjecit, eâ lege, ut se in libertatem assereret, qvod etiam factū est. D. Cramerus *lib. I Chron. Eccl. cap. 9.* malè tamen ibidem addit Cramerus, ante hæc tempora Duces Pomeraniæ neminem agnovisse superiorem.

VII. Sec. XII. Mortuo Svantiboro Duce Pomeraniæ, prima divisio Pomeraniæ facta est inter filios ejus quatuor. Vratislaus & Ratiborus Occidentalem Pomeraniam à Cuslino & Chollenbergæ radicibus ad Marchiam usque & Meklenburgum excurrentem occupaverunt. Boguslaus & Sventipolcus Orientalem, qvæ usqve ad Vistulam protenditur, sortiti sunt. Illa divisio occasionem præbuit Polonis, Orientalem Pomeraniam sibì subjiciendi. Nam illi, nempè Occidentalis Pomeraniæ Duces, lingvâ & moribus *Saxonum* assumptis, pedetentim Imperii Germanici legibus asvescebant, filiique VVartislai Boguslaus & Casimirus Ann. 1182. in Senatum Imperii Germanici adsciti sunt à Friderico I. Barbarossa Imp. German. Hi verò Boleslaus & Svantipolcus in Orientali Pomerania tamdiu vexati sunt à Polonis, donec tandem jugum Polonicum planè susciperent. Hic tamen dissentiunt quidam Poloni, Svantipolcum hunc non Svantibori filium, Sed Polonum ex gente Gryffonum fuisse asserentes, ut notat Micræl. *lib. II. Chron. num. 76. pag.* 227. Qvisquis verò ille tandem fuerit, traditum ipsi fuit à Polonis Naclum cum aliis sex civitatibus gubernandum, idqve sub certis conditionibus.

VIII. Cum verò nescio qvid contra Polonos Sventopelcus ille moliretur, captus à Boleslao III. Crivousto ad perpetuum carcerem condemnatur. *Joh* Dlugoss. *lib. IV. Hist. Pol. ad Ann.* 1120. *fol.* 373. *seq.* Ditio verò ipsius in Pomerania Orientali Poloniæ adjungitur. Micræl. *lib. II. Chron. Pom. pag.* 227. Idem ille Boleslaus III. Crivoustus etiam Pomeraniam Occidentalem aut ejus partem subegit. *Stetino* etiam capto, Ratiborum etiam Ducem secum in *Poloniam* duxit, eiqve postea filiam suam uxorem dedit. Postea cum ipso operam dedit, ut Pomerani converterentur ad Religionem Christianam. Accedente enim in Pomeraniam Ottone Bambergensi Episcopo, Boleslaus Stetinensibus tributum 300. marcarum argenti remisit, quò faciliores essent ad Christianismum suscipiendum. Micræl. *lib. II. Chron. Pomer. num.* 66. *p.* 233.

IX. Extincto Sventopelco in carcere, & ipse Boguslaus frater Sventopelci Polonis videtur factus esse fiduciarius, acceptis quibusdam locis Sventopelci. Boguslai filius fuit Subislaus I. qvi Dantiscum etiam tenuit, & monasterium Olivense condidit. Filii verò Subislai, Sambo-

borius & Mestvinus largè monasterium illud ditarunt. Qvod hi omnes Ducibus Poloniæ fuerint obnoxii asserunt Poloni, qvod etiam improbabile non est. Nam An. 1186. cum Duces Pomeraniæ Occidentalis, facti jam Principes Imperii Germanici, adeoqve ab Imperio Polonico prorsus exempti, ditionem Sventopelci in carcere mortui sibi vindicare vellent, suppetias tulerunt Samborio & Mestvino Duces Poloniæ. *Vid.* Micræl. *lib. II. Chron. Pomer. num 90. seqq. pag 268. seqq.* Casp. Schütz. *lib. I. Chron. Pruss. fol. 13.*

X Circa principium Sec. XIII. Lescus Albus Dux Polon. ut volunt Scriptores Polonici, præfecit Orientalibus Pomeranis Sventopelcum (qvem Micrælius facit Sventopelcum II. cognomento Magnum, Mestvini filium & Subislai nepotem) eiqve in ipsos etiam Palatinos, qvorum tunc duo fuere, Gedanensis & Svecensis, amplissimam potestatem & jurisdictionem dedit, eâ tamen lege, ut Sventopelcus fisco Regio mille pondo marcas argenti qvotannis penderet. Hic Sventopelcus dum Vladislaus Sputator multa in Polonia miscet, postulat à Lesco Albo ut se supremum in Pomerania Principem renunciet. Qvod cum ipsi negaretur, apertè defecit, interfectoqve per insidias Lesco Albo Principe Polon. Ducem Pomeraniæ sese gessit. Hæc acta sunt An. *1227.* Cromer. *lib. VII. fol.* 530. Schütz *in Chron. Pruss. lib. I. fol. 18.* Micræl. verò, qui Sventopelcum hunc non nobilem Polonum, ut Cromerus & alii, sed Ducem Pomeraniæ, ex antiqvis Pomeraniæ Ducibus oriundum fuisse dicit, aliam hujus rei causam assignat. Videlicet Sventopelcum hunc Proavi sui Sventopelci mortem ulturum hanc cædem. patrâsse refert. *in Syntagm. Hist. Polit. pag. 1112.* Sed *in Chron. Pomer lib. II. circa fin.* hanc causam reddit: Nempe dicit, Lescum Album ausum esse tributum postulare & juramentum fidelitatis à Sventopelco Duce Pomeraniæ Orientalis; Nolentem, citâsse ad Comitia Gansavienfia; Venisse Sventopelcum armatum, ipsumque Lescum obtruncasse. Qvicqvid tamen hujus rei sit, in hoc conveniunt omnes, cæso Lesco Albo Pomeran. Orientalem ad Sventopelcum defecisse. *Conf.* Dlugoss. *Tom. I Hist. Pol. lib VI. fol. 571. seq. ad. An. 1227.* Deindè tres Sventopelci M. fratres, VVartisl. Samborius, Ratiborius, Ordinem Cruciferorum in Borussia intrantes, suas partes Ordini legarunt. Et hinc prima Cruciferorum in Pomeraniam prætensio fluxit.

XI. Sventopelcus ille qvatuor habuit filios, Mestvinum, VVartislaum, Samborium & Ratiborium. Ex his Samborius & Ratiborius Ordinem Teutonicum ingressi, suas itidem partes Ordini donarunt. Hinc etiam fratres Ordinis Teutonici in Prussia in precationibus suis qvotidianis inter benefactores suos, commemorabant etiam Conradum Masoviæ, & Samborium Pomeraniæ Duces, ut habetur in antiqvis Ordinis Teutonici libris mss.) Et hæc est secunda Prætensio Cruciferorum in Pomeraniam., Mestvinus autem & VVartislaus post varia bella tandem Pomeraniam Orientalem inter se diviserunt, in qva divisione wartislao Dantiscum cessit. Vartislaus tamen injuias à fratre acceptas ulturus, vocat in auxilium Marchionem Brandenburgicum, eiqve tradit urbem cum arce Dantiscana. Cum verò Marchio urgeretur à Mestvino, discessit tandem. Vartislaus à Marchione destitutus, ad Cruciferos confugiens, offert ipsis ditionem suam, qvæ est tertia prætensio Cruciferorum in Pomeraniam Orientalem & urbem Dantiscum. Interea VVartislaus moritur. Dantiscum verò à Mestvino occupatum, Poloniæ Duci Boleslao loco hypothecæ traditur. Post mortem Boleslai Poloni Mestvinus iterum Dantiscum recuperat. Et cum liberis esset destitutus, volebat Pomeraniam transferre in Duces Pomeraniæ Occidentalis, tum ob cognationem, tum ob beneficia sibi à Barnimo Duce præstita. Verum subditi Pomeranos Occidentales ut Germanos aversati, Polonorum Regi Primislao II. se subdiderunt, qvi Primislaus etiam titulum Pomeraniæ assumpsit, & insignia Gryphis. Cromer. *lib. IX. fol. 559. lib. X. fol. 560.* Schütz *lib. I. Chron. Pruss. fol. 24. & lib. II. fol. 54.* Et sic Pomerania Orientalis, qvam antea Duces ut feudum à Polonis obtinebant, ut passim referunt Scriptores Polonici, prorsus ad Poloniam recidit, Qvomodo verò Cruciferi Dantiscum & partem Pomeraniæ sibi acqvisiverint seqventi capite dicetur.

XII. Sec. XV. Cum Casimirus IV *Jagellonides* bellis Prussicis esset implicatus, commisit urbes & arces Lauenburg & Butau fidei Erici II. Pomeraniæ Ducis, An. 1460 qvi ipsas postea Cruciferis tradidit, ne qvicqvam deprecantibus Lauenburgensibus & precium pro redimendis tredecim captivis (qvam causam traditionis Ericus prætendebat) offerentibus. Postea verò cum Choinicia Casimiro Regi dedictâ Cruciferi Lauenbur-

burgum confugissent, post octavum diem illud qvoqve oppidum, ut & Butoviam Erico Pom Duci reddiderunt, acceptis ab ipso octo millibus florenorum captivisqve redditis. Neugeb. *l. IV. Hist. Pol. p. 381. & seq.* Sed Micræl. *l. III. Chron. n. 81 p. 428. seq* dicit armatâ manu Bohemos, Cruciferis militantes, arces illas ab Erico II. recepisse, qvas iterum Ericus II. armata manu ab ipsis recuperavit. Ab illo itaqve tempore Duces Pomeraniæ Occidentalis has provincias Lauenburg & Butau beneficio Regum Polon. obtinuerunt. *Conf.* Schüz *lib. IX. Chron. Pruss. fol. 413.*

XIII. Sec. XVI. Cum Duces Pomeraniæ Lauenburgum & Bûtoviam dubio jure tenerent, concessit eas provincias Georgio Duci Pomeran. Sigismundus I. Rex Pol. (cujus ex sorore nepos erat Georgius ille) idqve his conditionibus: ut partem pecuniæ, qvæ loco dotis matri Ducis à Poloniæ promissa fuit, remitteret, ut in coronatione Regis, aut paulò post provincias illas Duces Pomeran. per se, aut per Legatos recognoscerent, literasq; hoc de negotio r novarent; præterea verò nullis servitiis horum Ducatuũ respectu Polon. tenerentur; nulla etiam appellatio in Poloniam daretur. Postea cum ad Sigismundum Augustum, ad renovanda pacta, missus esset Balthasar à Wolde omissa sunt illa verba: *liberè & à servitio, & à juramento.* Sub Stephano volebant Poloni Henrico Rameln Legato Pomeranico persvadere, ut juramentum præstaret, illud enim honori Ducis futurum asserebant. Sed negante hoc Legato, veteri more pacta sunt renovata. Neugeb. *lib. VII. Hist. Polon. pag 511.* Micræl *in Chron. Pomer. lib. III. part. 2. num 3 pag. 523* & *lib. VI. num. 30 p. 424.* Posthæc An. 1637. post obitum Boguslai XIV. ultimi Ducis Pomeraniæ hæ Provinciæ ad Polonos redierunt, & Palatinatui Pomeranico adjunctæ sunt. *Vid. Constit. An 1637 tit. Reincorporatio. & An. 1641 fol. 15.* Tandem An. 1658. Serenis. Electori Brandenburgico, Friderico VVilhelmo concessæ sunt, ita ut eodem jure, qvo illas provincias ante tenebant Duces Pomeran., illas & ipse possideret. *Vid. Const. Ann. 1658 fol 3. & Ann. 1659. fol. 31.* Hoc jus etiam Serenissimus Elector Ann. M. DC. LXX. d 5. *Junij* recognovit per Illustr. Dominum *Joannem* Liberum Baronem ab Hoverbeeke Consiliarium suum intimum sine juramenti solennitate. Copiam Infeudationis olim Pomeraniæ Ducibus factam habemus apud *Jac.* Prilusium. *lib. V. const. Regni Polon. cap. 4.*

EGI-

XI. Sventopelcus ille qvatuor habuit filios, Mestvinum, VVartislaum, Samborium & Ratiborium. Ex his Samborius & Ratiborius Ordinem Teutonicum ingressi, suas itidem partes Ordini donarunt. Hinc etiam fratres Ordinis Teutonici in Prussia in precationibus suis qvotidianis inter benefactores suos, commemorabant etiam Conradum Masoviæ, & Samborium Pomeraniæ Duces, ut habetur in antiqvis Ordinis Teutonici libris mss.) Et hæc est secunda Prætensio Cruciferorum in Pomeraniam., Mestvinus autem & VVartislaus post varia bella tandem Pomeraniam Orientalem inter se diviserunt, in qva divisione wartislao Dantiscum cessit. Vartislaus tamen injuri a s à fratre acceptas ulturus, vocat in auxilium Marchionem Brandenburgicum, eiqve tradit urbem cum arce Dantiscana. Cum verò Marchio urgeretur à Mestvino, discessit tandem. Vartislaus à Marchione destitutus, ad Cruciferos confugiens, offert ipsis ditionem suam, qvæ est tertia prætensio Cruciferorum in Pomeraniam Orientalem & urbem Dantiscum. Interea VVartislaus moritur. Dantiscum verò à Mestvino occupatum, Poloniæ Duci Boleslao loco hypothecæ traditur. Post mortem Boleslai Poloni Mestvinus iterum Dantiscum recuperat. Et cum liberis esset destitutus, volebat Pomeraniam transferre in Duces Pomeraniæ Occidentalis, tum ob cognationem, tum ob beneficia sibi à Barnimo Duce præstita. Verum subditi Pomeranos Occidentales ut Germanos aversati, Polonorum Regi Primislao II. se subdiderunt, qvi Primislaus etiam titulum Pomeraniæ assumpsit, & insignia Gryphis. Cromer. *lib. IX. fol. 559. lib. X. fol. 560.* Schütz *lib. I. Chron. Pruss. fol. 24. & lib. II. fol. 54.* Et sic Pomerania Orientalis, qvam antea Duces ut feudum à Polonis obtinebant, ut passim referunt Scriptores Polonici, prorsus ad Poloniam recidit, Qvomodo verò Cruciferi Dantiscum & partem Pomeraniæ sibi acqvisiverint seqventi capite dicetur.

XII. Sec. XV. Cum Casimirus IV *Jagellonides* bellis Prussicis esset implicatus, comisit urbes & arces Lauenburg & Butau fidei Erici II. Pomeraniæ Ducis, An. 1460 qvi ipsas postea Cruciferis tradidit, ne qvicqvam deprecantibus Lauenburgensibus & preciū pro redimendis tredecim captivis (qvam causam traditionis Ericus prætendebat) offerentibus. Postea verò cum Choinicia Casimiro Regi dedictâ Cruciferi Lauenbur-

burgum confugissent, post octavum diem illud qvoqve oppidum, ut & Butoviam Erico Pom Duci reddiderunt, acceptis ab ipso octo millibus florenorum captivisqve redditis. Neugeb. *l. IV. Hist. Pol. p. 581. & seq.* Sed Micræl. *l. III. Chron. n. 81 p. 428. seq.* dicit armatâ manu Bohemos, Cruciferis militantes, arces illas ab Erico II. recepisse, qvas iterum Ericus II. armata manu ab ipsis recuperavit. Ab illo itaqve tempore Duces Pomeraniæ Occidentalis has provincias Lauenburg & Butau beneficio Regum Polon. obtinuerunt. *Conf.* Schüz *lib. IX. Chron. Pruss. fol. 413.*

XIII. Sec. XVI. Cum Duces Pomeraniæ Lauenburgum & Bûtoviam dubio jure tenerent, concessit eas provincias Georgio Duci Pomeran. Sigismundus I. Rex Pol. (cujus ex sorore nepos erat Georgius ille) idqve his conditionibus: ut partem pecuniæ, qvæ loco dotis matri Ducis à Poloniæ promissa fuit, remitteret, ut in coronatione Regis, aut paulò post provincias illas Duces Pomeran. per se, aut per Legatos recognoscerent, literasq; hoc de negotio r novarent; præterea verò nullis servitiis horum Ducatuū respectu Polon. tenerentur; nulla etiam appellatio in Poloniam daretur. Postea cum ad Sigismundum Augustum, ad renovanda pacta, missus esset Balthasar à Wolde omissa sunt illa verba: *liberè & à servitio, & à juramento.* Sub Stephano volebant Poloni Henrico Ramelu Legato Pomeranico persvadere, ut juramentum præstaret, illud enim honori Ducis futurum asserebant. Sed negante hoc Legato, veteri more pacta sunt renovata. Neugeb. *lib. VII. Hist. Polon. pag 511.* Micræl *in Chron. Pomer. lib. III. part. 2. num 3 pag. 523* & *lib. VI. num. 30 p. 424.* Posthæc An. 1637. post obitum Boguslai XIV. ultimi Ducis Pomeraniæ hæ Provinciæ ad Polonos redierunt, & Palatinatui Pomeranico adjunctæ sunt. *Vid. Constit. An 1637 tit. Reincorporatio. & An. 1641 fol. 15.* Tandem An. 1658. Serenifs. Electori Brandenburgico, Friderico VVilhelmo concessæ sunt, ita ut eodem jure, qvo illas provincias ante tenebant Duces Pomeran., illas & ipse possideret. *Vid. Const. Ann. 1658 fol 3. & Ann. 1659. fol. 31.* Hoc jus etiam Serenissimus Elector Ann. M.DC.LXX. d 5. Junij recognovit per Illustr. Dominum Joannem Liberum Baronem ab Hoverbeeke Consiliarium suum intimum sine juramenti solennitate. Copiam Infeudationis olim Pomeraniæ Ducibus factam habemus apud Jac. Prilusium. *lib. V. Const. Regni Polon. cap. 4.*

# EGIDII van der MYLEN/

Viri Nobilissimi,

ANTIQVA

# POMERANORVM

## RESPUBLICA.

§. I.

POmeranorum Remp. liberam, neq; ullius (1) potestati olim obnoxiam fuisse, constat: utut sibi in illam & (2) Polonus & (3) Danus, Germanus quoq; jus asserere sategerunt. Limites Pomeranæ ditionis variarunt. Qvondam adeò ampli fuerunt, ut omnem (5) à Varnavia maritimam oram ad Vistulæ ostia, Cassubiam, Pomerelliam, cum Marchijs nova & Ukerana comprehenderint. Multis autem hinc inde agitatis bellis, Serenissimis Electoribus tandem (6) Marchiæ cesserunt. Meklenburgensibus etiam (7) qvædam accessisse credendum: vario bellorum eventu. Ulterioris Pomeraniæ & Cassubiæ magna pars qvod alijs adjecta, (8) causa fuit Venedorum, illas terras colentium, odiū ergà Germanam Nationem, quæ ex illo tempore, qvo Principes Pom. citerioris in numerum Germaniæ Ducum recepti, hujus incolas Venedos oppressit; ut veteres migrare coloni, & ad illos antiqvorum morum observantes se conferre fuerint coacti; sed tamen vi armata Duces magnam (9) partem tanqvam Successores (10) ab intestato sibi vindicarunt: tandem (11) Lauenburg & Bütovv, coalescente amicitia cum Polonis, ut Feudum ipsis collatum, unde etiam Leoburgensium & Bütovviensium terrarum (12) Domini sunt scripti. Rugia (13) verò peculiaris Principatus, postqvam etiam Rom. Imperij (14) Principatibus insertus, per Pactum gentilitium (15) Pomeranis cessit. Gützkoviæ qvoqve Comitatus (16) olim suæ ditionis, post Feudum Pomeraniæ Ducum, defunctis masculis (17) rediit ad Dominos, ita Bogislaus XIV. Du-

cum

cum masculæ P. æ Stirpis ultimus Rugiam, Gützkoviam, Pomeraniam, Cassubiam, Venedorum terram, cum Bütow & Lawenburg præter Stettinum sub imperio suo fuerit complexus.

(1) Communis *Sententia Scriptorum Pomer. quibus addatur* Schütz *Hist. rer. Prutén: l. 1. &c.* (2) pro Polonis *Saxo H. D. l. 13. Dlugoss. H. P. l. 6. Mich: Chr. R. P. l. 3, 24. & 31. Herbortus Chr. P. l. 2. Passim Lubienski Vit. Episcop: Ploec: n. 9 & 14. &c.* contra: *Cram.* P. K. H. *l. 1. 9. conf. c. 11. & 12.* Schütz *l. c. n. 1. Micral. l. 2. n. 21. seqq. n. 31.* (3) pro Danis *Ex Saxonis H. D. hoc colligere est, pro vario bellorum eventu victos, Victoresve Slavos, tributa dedisse, recepisse, nisi quod lib. 16. prorsus Slavici i. e. Pomerani regni interitum memoret, & Bogislaum Canuti VI. quasi Vasallum faciat. Qua in re liceat asserere, quædam præter fidem ab Authore, ex affectu in Patriam, cum aliàs huic sit obnoxius, fuisse addita, cum alia plurima his ab Saxone traditis repugnent. Chr. Slav. Arnold. l. 3. 6 § 4 conf. c. 4. & 5. & Krantz. VVandal. l. 2. 5. & 6. passim de bellis à Danis adversus Pomer. feliciter gestis.* contra *tamen Krantz. VVand. l. 7. 6 & 10. Cram.* P. K. H. *l. 1, 12, 21. Fridb. l. 1.* der Stett. gesch: *qui Krantzij l. 5, 31. H. confutat.* (4) pro Germanis *adduci possent VVittichindus Corb. Annal. l. 1, qvod Vulzi & Redarij: ab Henrico Rege facti tributarii: qvod Bernhardo ipsa Redariorum Provincia fuerit sub legata. lib. 2 de Tugumir Slavo, qvi urbem Brennaburg cum regione ditioni Regis tradidit: qvo facto, omnes barbaræ nationes qvoúsq; in Oderam fluvium simili modo tributis regalibus se subjugarunt. conf. ex lib. 3, p 31, 34. Saxo lib: 14. Sect: 4, p. 315 & 337. ut Bugislavius Princeps Pomeraniæ Henrici Ducis Miles factus idem lib. 1. habet de creatione Ducis Imperij à Cæsare facta. VVippo de vita Cunradi Salici, qvod hic Luttizos sic humiliaverit ut censum ab antiqvis Imperatoribus propositum & jam auctum Cunrado imperatori postea persolverent. ex Cram. l: c. l. 2, 6.* contra *Cram: l. c. l. 2, 7. Micral. Pom: l. 3. & ante hos Krantz. VVand: l. 6, 14. Chr: Slav: Arnol. l. 2, 31.* §. 3 *de Pomeranis Ducibus Imperij creatis.* (5) *Ita Historici Pomerani communiter, addatur Helm: Chr. Slav. l. 1, 40, & c. 36. §. 6. conf. c. 1 & 2. M. Adamus H. E. l. 2, 13. conf. ante c: 10, 12. & c. 221. & Scholia antiqva in p. 49. n. 15, 16. Edit. Maderi* (6) *de Marchiis controversiæ habentur ap. Cram.* P. K. H. *l. 1, 28 l. 2. 19. 23, 26, 45. Krantz. VVand: l. 11, 3, 5, 8. l. 13, 2. Friedborn. l. c. Micral. Pom l. 2, n: 90. Pomeranorum fuisse etiam ex decimis, qvas Episcopo Camminensi*

*VVartislaus assignavit in his terris, colligere videntur Cram: l.c. l. 1,51. Sithman Idea Juris Episcop. c: 5. §. 46. De transactione Micral. P. l. 5. P. 1, n. 43. Vid: antec. (7) Micral. l. 3. P. 2. n. 52. Krantz VVand. l. 8, 4, 12, 24. 41 & l. 9. 32 prater scriptores Pom: inter qvos Cram: l. c. l. 1. c. 32 Gustroviam fidem suscepisse auctoritate VVartislai D. testatur, Conferatur & Saxo lib: 14 & alibi (8) Micral. Pom. l. 2. n. 103 & n 90 l. 3, P. 1. n. 1. 6 Cram. P. R. H. l. 2, 8. 11. & 13. Friedb. l. 1. l. c. Krantz l. 5. 40 & l. 7. 10. (9) Micral. Pom l 2. n. 104. 109. (10.) Micral Pom. l. 2. n. 90. 105. Cram: P. R. H. l: 1, 12. (11) Micral. Pom: l. 3, P. 1 n 81. & P. 2. n. 3. l. 6. (12) Ita titulus apud Cram. &c. Pomerano- Scriptores extat (13) M. Adam H. E. Lib. 2, c. 13. & c. 226. conf. Cram. l. c. l. 1, 39. 40. Micral. Pom l. 6 n. 19 (14) Micral. Pom. l. :. P. 1, n. 48. Imp. Rudolpho Principe VVitzlao III. (15) Micral. l. n. (14) cit: Cram l c l. 1, 40 Krantz l. 8, 12. (16) Cram. l. 1. 28. 30, 32. (17.) Micral. lib. 3, P. 1, n. 34.*

§. II. Nomen Pomeraniæ Venedis debetur. (1) Primi incolæ fuêre Germani, peculiariter dicti Vandali. (2) His in longè dissitas terras commigrantibus successerunt (3) Venedi seu Slavi. Tandem Principes Pomeraniæ Bogislaus I. & Casimirus I. Duces Imperij facti introduxerunt (4) Saxones. Ab his pleraq; pars Nobilitatis (5) Genus ducit. A Slavis etiam Superstites esse Familias (6) illustres negari neqvit: siquidem tempore Episcopi Ottonis tot familiarum nobilium fit mentio passim in Fastis Pomeranorum. A Vandalis vero antiqvissimis an adhuc sint, qvi originem trahant, præter illustrissimam Principum (7) Progeniem, præterque illos, qvi ab hac prognati, incertum. (8) Schwerinorū ut & (9) Borckiorum familiæ sane inter antiqvissimas cluent (10) Pulbusij verò ad Principes Rugiæ Genus referunt Uti verò Gentes mutarunt, ita lingvæ, ut vel Vandalica, vel Slavonica, vel Saxonica obtinuerit. Nostro tempore inferioris Saxoniæ Idiotismus utplurimum valet. Slavicā & Vandalicā obtinuisse, antiqua monumenta, (11) civitates, & alia adstruunt. Slavica (12) diutius perduravit. Divisionem (13) Terræ Pomeranæ optimam tradit Andreas Schomacker (14) qui Qvæstor fuit Ærarij Wolgastensis, reliqvitq; Chronicon usque ad D Philippi I. obitum. Friedeborn (15) &c. cum hoc consentiunt. Longitudo & latitudo P. æ passim à Geographis & Scriptoribus annotatur. Rugia 7 lata, 7 longa; Pomerania (16) lata 10, 8, circ. minimum 4, longa 63, milliaria dicitur.

1 Con-

*(1) Consentiunt Poloni, & Pomerani Scriptores. Micral: tamen in præfat. l. 2, sub fin origine germanicam vult vocem. Vincent Kadl. Pomeranos nomine maritimorum exprimit: l. 2, Ep 23 & l. 3, Ep. 3. 5. Mentio etiam fit Pom. ap. M. Adamum (sec. XI. Script.) c. 221. ubi & maritimos: lavorum Populos nominat, qvi re vera ipsi sunt Pomerani. & ap: Scriptores seqq: (2) (3) Confer. Aa. Bangerto in Helm: l. 1, 2. citati. Micral: l 2, a n 18. prolixe M. Adamus H. E. l. 2, 10. (4) Vid: Aa. ad §. 1. n. (8) cit. (5) Cram. P. K. H. l. 2, 8 Micral. l. 3. P. 1, n. 5. Friedb: l. 1, p. 6, 6, Kranz l. 5, 16 & 21. illustris a. locus l. 7, 10. de antiqvissima etiam Nobilitate Rugianorum possunt qvædam colligi ex Saxone lib. 14, p. 300. ubi de jurgio Rugianorum cum Bernhardo traditur. (7) de Principum Geneologia in seq: §. Micr. l. 3, P. 1, n 35 & l. 6, n. 42, conf: & in Catalogo Nobilium* Jerminge/ Massowen/ Mildenitz/ Ossen/ Pudowitze/ Putkammer/ Schacken/ Schulenburg/ Trossen/ von der Woldenburg/ Usedohme/ von Wedel/ Wayhere/ *una cum aliis. Genealogias Nobilitatis Pomeraniæ illustrabit Studium Cl. Alb: Elzovii, qvi jam diu multum curæ & laboris huic rei impendit. Titulus operis erit Speculum Nobilitatis Pomeranæ & Principatus Rugiæ. In qvo præter cognomina, antiqvitatem generis, res gestas illustriores, daturus est etiam insignium de lineationem, feuda cujusq; familiæ qvæ olim possederunt, & qvæ adhuc possident, instructos ad bellum eqvites, sive* die Lehnpferde *& si qvæ alia notatu dignissima, idem familiarum origines, ex Slavis, Venedis sive Polonis vel ex Germanis & Saxonibus deducit, accuratè etiam præter Micrælium citatas familias, qvæ in Pomerania interciderunt observavit plurimas, peculiariter etiam qvæ in Rugia esse desierunt. Et verè alias multum tanto opere antiqvitates Pomeranæ illustrabuntur. (8) (9) Micral: l. 6, n 43. conf: l. 3, n. 35. & Catal: Nobilium. (10) Micral: l: 6, n. 41. ubi & Genealogiam illustriss: Baronum exhibet (11) Micral: præfat: l. 2, Mich Chr: R. P. l. 1, 9, conf: præf: in hoc Chr: &c. (12) Mich: l. c. n. 11, Cram. l. 1, 9, & c: 39, de Rugianor: Slavica lingva. (13) hic accuratè tradita distinctio Pomeraniæ proprie sic dictæ, qvomodo dividatur in citeriorem & ulteriorem, secus ac apud Polonos Dlugossum, Michovium, Cromer: accuratius etiam reliqva præ Cluvero exhibet. (14) MS tum Germanicum purum extat ap: Generosum atq; Nobiliss: Dn: Mich:* Bohlen/ *(15) l. c. l. 1, Cram. passim in Aliis (16) ita Andreas* Schomacker *l. c.*

§. III. Finis Reip. P. æ gentilis potentia erat bellica, (1) postquam

autem Christiana fide melius instituta, non potuit non (2) honestum scopus esse. Minimè autem ex antiqvis monumentis colligere licet, *Monarchiam* (3) unqvam vel etiam à fidei susceptæ tempore sive in Pomerania sive in Rugia obtinuisse. Neq; *Aristocratia* mera unqvam probabitur de ijsdem Populis uti nec *Politia*. Mixta (4) verò jam inde ab initio videtur fuisse introducta, atq; non ex Aristocratia solum & Regia; sed simul ex Populari. Siqvidem civitatum semper magna fuit potestas jam ab initio usq; tam in Pomerania quam in Rugia, multo magis autem Nobilium. Neque tamen fuit Resp. Electitia, sed (5) successiva à primordijs rerum. Atq; ita quidem hæreditaria, ut subinde succederent (6) in Defunctorū absq; prole bona cognati secundum gradus. (7) Quam qvidem legem ulterioris Pomeraniæ Principes primùm fregerunt. Eandem ferè succesfionem interrupisset mors Ottonis III Stetinensis Ducis, (8) ni Prudentia Procerū ac Ducum Wolgastanorum, accedente Authoritate Imperatoris, jus fuisset restauratum. Rugianorum Principum succesfio non admodum (9) dissimilis fuisse videtur, verum à Christiana fide illa solum (10) per Seculum duravit. Originem verò Pomeraniæ ac Rugiæ (11) Principum sibi, vel suis Slavis Poloni Scriptores, Pomerani verò longè inclytæ Genti Vandalorum vindicant. Utcunqve se hæc habeant, constat sanè jam Sec. X. initio [12] Principes Rugiæ & Pomeraniæ magnæ æstimationis apud Imp. Rom. fuisse, qviq; Ludis equestribus adhibiti, jam tum & Genus & Proavos absqve dubio probarunt Illustrisfimos. Cum origine Christianæ Religionis certa ab Schwantiboro usq; Ducum P. (13) traditur Genealogia: ut & Rugianorum (14) Principum à tempore ortæ Religionis Christianæ fixa habetur, Auctore Familiæ Critonis Patruo Race. Potentia Ducum Pomeraniæ ut olim minus restricta fuerit, qvod ex addictione suorum ad Imp. Germ. item ex traductione Saxonum in Pomeraniam, in Civitates animadversione, liqvidò apparet, ita circumscripta est postea, crescentibus viribus Episcoporum & Cleri, invalescentibus etiam Civitatibus, & minuentibus Majestatem Ducum tot terrarū divisionibus. Verum mansit tamen honos Principibus P.æ. hac ratione integer, ut qvod Patroni essent Episcopatus, & ab Ordinibus ipsis Homagium præstitum. Monetæ (15) & Vectigalium (16) jura primò etiam Principum fuisse peculiaria, est colligere ex Historicis, Qvod *Judicia* (17) itidem instituerunt, Majestatis

ejus-

ejusdem fuit. Præterea reditus (18) satis ampli ex possessionibus latissimis. Verum illos imminuit nimia (19) in Clerum liberalitas, qvippe integræ Civitates, vix non ditiones, prædia absqve numero huic donata: undè eò sæpe res rediit, aucto numero Ducum ut (20) Cœnobia & Capitula sustentare cogerentur familias. Aula ut non luxu diffluxit, ita Viris strenuis, doctis, prudentibus semper abundavit, magnaq; pars ejus Capitulares fuerunt. Habuit autem (21) Cancellarios, Marescallos, Dapiferos, Consiliarios &c. tum Seminarium (22) Nobilissimorum Juvenum. Sedes (23) Ducum ut plurimum Stetini & Wolgasti nonnunquam & alibi locorum. Rugiæ (24) Principum dicitur fuisse Rugigardiæ.

(1) Evincunt *hoc bella, imprimis à Rugianis gesta, qui hisce idolum suum* Schwantevelt *coli, erant persvasi Cram: l. 1, 48 conf. c 38 & 41* [2] *hinc ad mitiora studia conversi & multum desudatū fuit, in abolenda latrocinandi & prædandi consvetudine, qvæ Slavis illis in naturam abierat. V. Krantz.* Wand. *l. 14, 18. & alibi passim.* (3) *Cram: l. 1, 9, 10. ut principem suum Schvvantiborum captivum detinuerint. V. & de Rugior: Principe notum ex Helm: l 2. 12. 5. 8. qvod flamine Svvanteveit inferior fuerit: conf: Micral: l. 6, n. 19: de nobilibus Rugiæ.* (4) *Sithmanni dedic: Idea Juris Episcopal: moderni prolixè de Ordinibus Pomeraniæ Prælatis, Eqvestribus & Civitat differit* (5) *Illud Genealogiæ Principum Pomeraniæ & Rugiæ ostendunt, neq; electi Principis ullibi fit mentio. Illustratur idem ex illis* Wittichindi *lib: 2. Annal: de Tugumir, qui dicitur jure gentis paterna successione Dominus eorum qui dicuntur Heveldi* (6) *Cram: l. 1. 12. l. 2. 25. 45. conf: Micral. l. 3. P. 1. n. 2. 3. postqvam Divisio instituta Reip: Pomæ. in* Wolgasta: *& Stetin: aliqvantum hæc successio variavit: imprimis Duces Stetini distincti sunt in Regentes & non Regentes, neq; æqualiter adierunt hæredit. secus quam VVolgastani, conf: Micr. l. c. n. 19* & *54. Friedb: l. 1. imprimis l: 2, ubi 14 divisiones recenset. conf: & Krantz Vand. l: 14, 18,* (7) *Micral. l: 2. n. 90 & 103.* (8) *Cram. l. 2, 44 Friedb. l. 1 Micral: 3. P. 1, n 87 seqq.* (9) (10) *Micral: l. 3 P. 1, n. 48. Cram: l. 1, 40, Krantz: l. 8, 12* (11) Polon: *Mich: l. 1. 9. Crom. l. 2,* Pomeran: Micral: *l. 2, n. 29, 57. seqq. Cram: præf: l: 1. add.* Schütz *rer. Pruten. l. 1. Quorū tamen ratio ex Polygamia petita nullius momenti videtur, nam & Filios ex tali conjunctione genitos habuerunt legitimos. Vid: inter alios M Adam: H. E. c. 229* (12) *Cram. l. 1, 9, Micral. l. 2, n. 35. Saxo lib: 8 de Haraldi (qui seculo IV creditur fuisse) exercitu contra Ringonem*

*post quos Toki Jumensi provincia ortus cum Otrito --illustris agnoscitur. Ubi per Jumensem Provinciam intelligo Julinensem Pomeraniæ ex M: Adam: H. E. cap. 66, 70, 228, addatur* Thurnierbuch *ed. Francf.* von dem ersten Thurnier zu Meidenburg gehalten vom Käyser Heinrich *I. An: 938. f. 20 a. 25 b. 26 b. 27, b. conf: fol: 15, a.* der 12. Thurnier Artickel. *(13) Krantz. VVand. l. 7, 17, Pomeranorũ autem & Stetinensium Principum linea hæc est: VVerslaus I, in ea nobilitate Princeps Christianissimus & c conf: l. 5, 25, & l. 2, 40. ad Bing Pomeraniæ, Stetini, Wolgasti, Megapolis Ducum genus refert; verum in seqq: de Mecklenbb, quidem illud satis probat; de Pomeranis autem minimè in ipso hoc licet deprehendere Conf: Cram: præfat: l. 1, & l. 2, 2. Micral. l. 2, n. 60 seqq: (14) Cram: l. 1, 40. (15) Signum qvod instar magni privilegij illud civitatibus indulserint. Friedb. l. 1, (16) Cram: l. 2, 46, 49 50. (17) 4, his in seqq: (18) Micr: l. 6, n. 29. & 31, (19) Cram: in Chr: Eccl. passim. (20) Cram: l. 2, 46. (21) Supremi Marschalli, Magistri curiæ, Magistri Stabuli hæreditariæ etiam qvibusdam illustribus familiis hæ dignit. Uti Marescallor. Stetini* den *Molzanen, Pomeraniæ* den Flemingen/ *Rugiæ:* den Bugenhagen/ *nostro tempore Illust. Dominis à* Pudbuß/ *quorum familiam ducit Rev. atq; Illustrisſ. Dominus Ernestus Ludovicus, Prælatus Episcopatus Camminensis, paternarum virtutum qvam dignitatum hæres. Quæstorum* den von Eickstedten: *Pincernarum* den Wussauen. *Præfectorum culinæ* den von Schwerin. *Micral. n. 35, l. 3. 8. 1. (22) ex Cram. l. 2, 24. Unde VVartislaus IV exprobrantibus qvod & Juvenes in consilium adhiberet, respondit opus sibi esse in Senatu non solum vocalibus sed & Consonantibus, non solum qvi consilio; sed & manu prompti essent (23) Micr: l. 1, P. 1, n. 2, & Otto* von Rammin *Cancell ap. Cram: l. 1, 22. 24 Cram. l. 1, 39.*

§. IV. Aristocratiam in mixta hac exhibent Clerus & Nobilitas, uti Politiam Civitates. In Clero eminebant Episcopus & Prælati, cum Canonicis, Magistro Sonnenburgensi & Commendatore wildenbruchensi In Nobilitate Comites (1) Gützkovienses & Neogardienses, Barones (2) de Putbuß/ hinc die Schloßgesessene (3) & sic deinceps reliqvi Nobilium, qvi Præfecturis subjecti; vel etiam majorum Nobilium erant Vasalli. Inter Civitates anteqvam Rugia Pomeranæ ditioni accesserat, primas tenuit Stetinum, (4) Metropolis Pomeraniæ: verum unitis his ditionibus, Stralesunda, (4 *) qvæ Rugiæ erat potentissima sibi

il-

illud decus vindicavit, & integrum adhuc servat. Has majores aliæ seqvebantur civitates non minus nobiles, Colberga, Stolpa, &c. Inter Ordines verò (5) antiquissimus utique Nobilium est, post hunc Civitatum, Clericorum cum Episcopatu cœpit. Dignitas autem prima Cleri, hinc Nobilium demum Civitatum. Jam autem ante conversionem Pomeranorum obtinuisse Ordd. Nobilium & Civitatum, si non aliunde, certe ex Comitiis (6) de Religione suscipienda Usedomiæ habitis constare poterit. Postea in rebus magni momenti, utpote in bellorum, pactorum, fœderum, tributorum aliorumq; arduis ex consilio Ordinum qvælibet gesta (7) inductio Historica satis declarat. Indicta (8) verò Comitia ex arbitrio Principum. Uti autem Principum peculiaria jura, ita & ordinum singularia Privilegia. Illaq; (9) Clericis ut & (10) Nobilitati, atq; Civitatibus (11) à Principibus ante homagium confirmari moris fuit.

(1) *Fuerunt qvondam &* Dewitzen *Comitum nomine illustres. v. Cram:* P. K. H. *l. 3, 38, Micr l. 6, Catal. Nobil* (2 *prater hos olim* die von Molzane. *V. Micral. l. c. n. 1,* (3) *Hos enum. Micr: l 6,* P. *n. 43, qvi etiam habet divisionē reliqvæ Nobilitatis n. 42, & alibi passim. BORCKIOS a. inter majores Nobiles potentissimos fuisse, ex eo patet, qvod 37. eqvos, cum opulentissimi alii* Wedelij *29, Flemingij 15, solum in obseqviū Principum instruere tenerentur. Vid: Catal. Nobil. Micral. l. 6, & Cram. l. 1. 10.* (4) *In Discrip: Urbis Stet. topographi. Historica. P. Friedb. Ep. Crameri conf. & Friedb. in libris* der Stettin Geschicht *passim.* (4*) *Micral. l. 6, n. 19.* (5) *Sithman in Dedic. Idea Juris Episcopalis moderni. Micral l. 6, n. 41, Saxo lib. 16, circa fin. confer de Slavicæ Nobilitatis Proceribus à Bogislao Duce Pom. ad Canutum VI adductis* (6) *Cram. l. 1, 30* (7) *Micral. l 6, n. 28, 46, n. 36* von den Regiments/ Land-kammer und *Oeconomey* Rähten/ *addatur Cram l. 2, 46, 49 Friedb. l. 1,* (8) *ap. Script. passim.* (9) *de his inferius forte* (10) *Micral. l. 6, n. 42, 43, 44, 45, prolixe n. 46, jus indigenatus etiam in Pomerania obtinuisse innuit,* (11) *Vid.* Erbvertrag zwischen H. *Philippo Julio* und Stralsund. *d. 11 Jul. Anno 1615.* in Stralsund aufgerichtet. *Friedb. libris* der Stettinschen Geschicht/ *passim.*

§. V. Pomerania qvoad (1) Victum & amictum undiq; rerum ha-

habuit affluentiam. Melle abundavit: Pomorum genera produxit varia: frugum feracissima, lini insuper & cannabis. Felix pascuis, ut greges armentaq; passim palentur & errent. Piscium etiam adeò dives ut sexaginta (2.) genera numeret, & supra: quæ inter, Seehund/ Meerschweine/ Seehanen/ Schwerdfische/ Hornfische &c. præter vulgares. Neque Feræ, tam majores quam minores huic defuerunt Regioni; sed præter Cervos, Apros, Ursos, etiã (3) eluit Bubalos & Equulos agrestes, qvorum tamen posteriorum genera nunc non occurrunt. Alitũ qvoq; magna copia adest. Vites (4) primus plantari curavit Otto in usum sacrificii. Cerevisiæ autem hic locorum coqvuntur generosissimæ (5) Non ignobile etiam Ornamentum & emolumentũ Pomeraniæ addunt (6) Salinæ, qvæ antiqvissimis temporibus Colbergensium deprædicantur. Ubi peculiaris Societas, qvæ Patriciorum gloria fruitur, Saltz Junckere/ Sültzverwanten/ & singularibus alias gaudet privilegijs, harumq; curam adhuc gerit. Succinum (7) qvoqve ad Pom: maris littora appellit. Metalli fodinis (8) destitui videtur, qvod montes in illa rari sint; ferrum tamen inveniri annotatum est. Verum & ijs qvæ ad commoditatem reliquam vitæ faciunt, sibi suffecit & alijs. Lignis (9) tam ad exstructionem ædium quam navium satis instructa, utut silvæ [10] adventantibus Saxonibus nimis accisæ. Rugiæ tamen inopiam [11] lignorum supplet Pomerania. Sed quod antiquitus hæ gentes intellexerunt, nullam tam felicem esse Remp. qvæ non alterius indigeat ope, & ipsæ commerciorum studiis dederunt operam, uti inclyta Emporia Majorum [12] Julinum, Vineta, Arcona ostendunt. Permutationibus [13] vero prius usos satis constat, si rarum nummorum in antiqvitate respicimus usum. Moneta enim [14] utut ab exteris importata fuerit his terris, non tamen ita recepta. Merces, de quibus ipsis natura benigna ita prospexit, ut etiam ad exteros exportare possint, fuerunt potissimum ex Piscibus (15) Haleces: ex Armentis (16) Equi: ex Pomis, (*16) mala & Juglandes, ex frumento hordeum, siligo, Triticum: ex Cerevisia etiam quæstum fecerunt, ut & ex Cannabe & lana. Non ita felices ex opificiis, unde aliàs maximum lucrum, utut in Idolorum statuis & Delubris insignium (17) Artificum deprehensæ operæ. Inter Hanseaticas (18) quoq; Urbes non habuit postremas, qvibus florentibus & illarum operas in pretio

fu-

fuisse est verisimile. Atq; apta qvidem terra ad commercia exercenda, ut quæ 12 portus (19) numeret, multis insuper fluminibus navigabilibus dives, qualia sunt, Odera, Lacus recens, Pena, Ina, Wippera &c. Neq; damna ipsis Maris (20) alluviones afferunt, uti quidem nullum longo temporum intervallo observatum, nisi Vinetæ submersio, & insulæ Rüden à Rugia divulsio. De Rugia verò præterea Paulus Lemnius (21) Memorabile, inquit, est, quod neq; Lupi neq; Glires in eâ inveniantur: ut proditum est de Insula Creta nullum in ea noxium Animal reperiri. H. 7. Atq; his mediis servabantur Reip. Cives omnis generis, ut ipsis nihil deesset ad Vitam bene gerendam; tum qvoq; Gentilium acris hanc in rem fuit cura, adeò ut qvod apud Græcos & alias Gentes minimè barbaras in usu fuit, propterea approbarent liberorum fœminei sexûs expositionem (22] si non essent alendo, quod nollent inter se mendicos deprehendi. Qvin & in pecudibus [23] simili prudentia qvadam observarunt, ut qvas putarent minus idoneas aut necessarias ad educandum perimerent illico. Pia devotio Bogislai X qvoq; commercia adjuvare voluit, dum rigidum jus naufragij mitigavit. (24] Sed tamen ex suo quæstu privato ad publicum aliqvid redundare faciles admiserunt, ideò (25) vectigalia, qvæ tamen modica fuerunt, solvi voluerunt ubi singularis fuit attentio Bogislai X, qui Clericos [26) teloneis, ut & aliàs Ærario præfecit.

(1) *Cram, l. 1, 9 Micræl: l. 6. n. 4, seqq. Friedb: l. 1.* der Stett. Gesch. *Krantz Wand: l. 5, 11 Helm: l. 2, 12.* (2) *Friedb; & in descript. Urbis Stet. Topogr. Hist; exhibet Catalogum latino Germanicum, in Odera, recenti & Dammensi lacubus qui pisces capiantur ad 60. genera, V. Aa. cit: n: 1.* (3) (4) *ap Cram: l. 1, 9. Coætaneus Ottonis Episcopi l. 2, 29* von Wiesant (5) die Paßenelle/ daß Bartische *&c,* (6) *de Colbergg: Cram. l. 2, 4, ad An. 1170. Micræl. l. 3, p. 2, in Catal: Episcop. ad an 1249: & in Catal: Civitat: Idem de aliis Salinis l. 6. n. 16* [7) *Cram: l. 1, 9, ex Valentino* von Eichstädten/ (8) *Cram: l. c. n. 7. Friedb: l 1 Micr. l. 6, n. 17 qvi etiam h. l.* von Kalcksberg in P. *& n. 19,* von Kreidtbergen *in Rügia.* (9) (10) *Cram: l. 1, 39.* (11) *Cram: l. 1, 9, 45. l. 2, 8.* [12) *de Vinneta Helm: l. 1, 2, & de Arcona l. 2, 12 & Krantz de illa l. 2, 19. 20, 22. de hac l. 5, 11, 12 &c. 15 ubi etiam de Carentia ut l: 2, 32, 33, 34, 47. de Julino de quo jam M. Adamus H. E.*

*l. 2, 12, &c. 13. conf: Cram: l. 1, 21, 28. 30, 39, 47. & Friedb. l. 1, de Vineta submersa. Traditur etiamnum sereno cœlo sub aqua congestas moles mœnium instar ad Promontorium Peninsulæ VVittau apparere, quæ rudera Arconæ creduntur. Carentiam vero eo locorum ubi nunc Gartz vicus situm ferunt, cujus tamen rei nullum extat monumentum. (13) Helmold. l. 1, 38, §. 7: (14) Helm: l. 1, 36, & 38 (15) Helm: l. 2, 12, §. 10, Krantz Wand: l. 5, 11, Cram: l. 1, 39, 46, 48. Putbusij aliquando ex captura halecum, venditis 60. pretio unius æris levissimi, tantum redigerunt lucri, ut aureum halec justæ staturæ ex eo conflare possent, cujus imago adhuc in illustri aula extat. (16) Cram: l. 1, 9, Friedb: l. 1. (16*) Cram: l. 1, 22 (17) Cram: l. 1. 23. (18) Friedb: l. 1, ad an. 1365. Micral. Catal: Civitat:* Stralsund/ *10 numerat Hanseaticas P. as (19) Cram: l. 1, 9, (20) Cram: l 9. 39 Helm: l. 2, 13, § 7, 8. qvod in re nautica Slavis omnis spes divitiarum. (21) Rugianus in laudem Rugiæ carmine conscript. ad Nobiliss. Balthas. à Jasmund præfat. An. 1597. Idem adstruunt Petrus Artopæus, Cramerus &c. Atq; adhuc incolæ Insulæ grandævi affirmant serio. Mediæ ætatis homines referunt, siqvando in tenera ætate mentio facta esset Animalis, qvod eqvos aut vaccas devoraret, Lupum volunt, illud fabulæ instar fuisse Rugianis: Glires qvoq; ignoratos iisdem testantur, neq; adhuc in Peninsula Jasmund aliqvos reperiri, & periculum factum, impositosq; aufugisse illicò. Aliàs hac nostra ætate & glires reliqua loca infestant, lupiq; undiq; oberrant. (22) (23) Cram: l. 1, 10, 24. (24) Cram: l. 2, 49. Micral: l. 6, n. 46. (25) Cram: l. 2. 49, 50. (26) Cram: lib. 2, 46.*

§. VI. Satis necessariis ad vivendum Pomeran. instructa, nunc quomodo sufficerit ad benè vivendum. Hoc educationi potissimũ debetur, in qua quantum opus est perqvam benignũ Pomerani experiuntur cœlum, satis facilè etiam natale solum. Qvoad corporis curá verò, ex eo qvod fœtus, qvos educare nollent abjecerint, patet, non mollibus & tenerrimis recentium fœtuum carnibus illos admodum delectatos, qvod etiam adeo malè habuit qvosdam Monachorum deliccatos Martyres, (1) ut subinde mutarint locum, neq; durum victum ferre potuerint. Verum exinde tantum robur corpori & augusta Statura, ut omnibus admirationi essent. Bugislai X. tempore adhuc, Germani Principes & Imper. Maximil. I. Comites vasti corporis Pomeran. et Ducem capite eminentem supra alios suspexerunt, (2) facileq; vires suas in illa peregrinatione adversus Turcas

& Piratas orbi probarunt, ut peculiaria qûorundam (3] specimina roboris mittam. Sed & Gymnasticis indurarunt corpus in patientiam virtutis, ut qvod in bellis (4] ipsi Nobiles sibi scuta aptarent nullo administrante famulo. Cura vero animi tunc temporis posthabita, postmodum cum Christiana religione incrementum cepit: tamen & in Barbaris Christiani (5) virtutes adverterunt, qvarum ipsi jam exuerant habitum, siqvidem tanta fides Pomeran. fuit, ut furta et fraudes ignorarint: hinc apertas cistas, apertas ædes, apertos animos Otto offendit, atqve huic, ut convitium facerent, objecerunt Gentiles inter causas cur fidem nollent suscipere, qvod fures essent in Christianorum cœtu, uti qvoq; iidem admirabantur, cur clausas cistas asportaret. Præterea tanta liberalitas (6) ergaDomesticos qvam exteros ut qvisqvis accederet, paratam ubiq; inveniret mensam suis dapibus oneratam, Solis mensam diceres, cui nihil quicquam deesset, adeò Patrum familias cura subinde alijs consumpta fercula reficiebat. Summa (6*] in Senes & Parentes pietas. Agnoverunt qvoq; præmium Virtuti vel (7] post mortem deberi. Hinc erecti pali in campis aut silvis, vel aggestæ lapidum moles, qvales adhuc in Rugia ostenduntur, Principumq; monumenta creduntur. Alias vero de barbarie Pomeranorum [8] Otto interrogatus ubi fuisset, respondit: Veni ad Gentem barbaram, trucem, Idololatricam, Clero Christi inimicam, cui sensualitas capitis est pro lege: de Rugianorum (9] vero vitijs Stetinenses Ottoni ejusmodi retulerunt, qvod duri & Barbari, & singulari feritate crudeles, & in fide instabiles. Verum exuerunt hanc feritatem illicò, postqvam pietas cum verbo divino animis instillata, & Alberto I. Episcopo constituto ab Ottone, statim cœnobia, (10) qvæ curam educationis haberent, in Pomerania instituta, qvam curam reliqvus Clerus suam fecit, imprimis Capitulares, modò non illos commune vitium Clericorum tunc temporis corrupisset. Sed & Civitatum Magistratus solliciti fuerunt de educatione, ut qvidem Anno 1390. (11) Stetinensis Senatus id sedulò egit, ut Bonifacius IX. hanc illis faceret licentiam condendi Scholam, contradicentibus neqvicquam Canonicis Collegiatæ ibidem Ecclesiæ, qui suum Privilegium Scholas condendi prætendebant. Huic annumerandũ Collegium (11*) ab Ottone Jagetensel Ao. 1413 testamento institutũ ad 24 pauperũ educationem.

nem. Tandem & Ann. 1456 à Wartislao IX. instinctu D. Henrici Rubenow Consulis Civitatis Excancellarij R. Erici (12) Gryphiswaldiæ erecta Academia. Confirmantibus Pontifice Calixto III. & Imperatore Friderico III. ita ut Episcopus Camminensis Cancellarius & Conservator Academiæ esset. Colluctata hæc Academia varijs cum infortunijs atq; difficillimè eluctata(13) Ann. 1539. Curante Philippo I. Duce, qui idem cum Patruo Barnimo Anno 1541. Pædagogium (14) illustre Stettini instituit, atq; plurimis in Civitatibus ab ortu Aug. Conf. in Scholas Cœnobia sunt conversa. Ex quibus facilè colligere est, sufficere Pomeraniam erudiendis in omni Philosophia ingenijs.(15] Verum peculiaris cura fuit ergà Principes Juventutis Ducum filios, uti à primis temporib. Bog. I. Filios suos Bugisl. II. & Casim II. propterea Mecklenb. Episcopo Bernoni erudiendos credidit.(16) Hinc malè habuit Proceres, quod Erici II. vidua relicta negligeret liberos.(17) Reliqui Principes verò adeò literarum studijs dediti, ut Academias(18) freqventarint, sæpius & Rectorum munus (19) in se suscipere dignati, qvam sparta & *GryphisWaldiæ Illustrissimum Celsissimumq;* ERNESTUM BOGISLAUM *Ducem Crojo Arschottanum S. R. I. Principem & Dominum nostrum indulgentissimũ ornasse loqvetur jactabitq;* (20) *semper Pomerania Parnassus bona suo Apollini dicturus verba, T.O.M.D. illum diu servet et sospitet.*

(1) *Cram: l. 2, 4, 13, 47, conf. de tolerantia Pomeranorum, quæ Wittichindus Annal: l. 2: Est namq; hujuscemodi genus hominum durum & laborum patiens, victu levissimo assvetum, & qvod nostris gravi oneri esse solet, Sclavi pro quadam voluptate deducunt.* (2) *Cram: l. 2, 49.* (3) *Friedb. l. 1.* von Crockowen Schlosstrunck *ad an. 1500.* (4] *Cram: l. 10.* (5) *Cram: l. 1, 10, 22,* (6) *Helm. l. 1, 72, l. 2, 12, de Rugianis præcipuè, de quibus & Krantz VVand. l. 5, 11, Cram: l. 1, c. 10 Adamus H.E. l. 2. 12. de Julinensib: Saxo lib. 16. & alias hanc Hospitalitatem ipsorum nomine ebrietatis, quo alias & Ducem Bogislaum perstringit, carpere videtur.* (16*) *de Rugianis Helm: l. 2, 12. & Krantz. VVand. l. 5. 11.* (7) *Cram: l. 1. 10, 24.* [8) (9] *Cram: l. 1. 27, 39. conf. Helm: l. 1, 13. 52. & c. 72. 83.* (10) *Micræl: l. 2. n. 71. 114. confer Sithmann Ideam Juris Episcopalis moderni c. 3. §. 49, cap. 12, §. 65, 84. 87.* (11) *Cram: lib. 2, 32. Fridb: l. 1.* [11*) *Friedb. lib. 1, & c.* (12) *Cram: lib. 2, 42. Conf. Sithman. l. c. n. 10 & c. 12,*

§ 90.

*§. 90. 91, c. 13. §. 53. de Cancellariatu & Procancellariatu deq; mutatione ejus post Monaster: Pacif. it de mero mixtoq; imperio hujus Academiæ.* (13) *Cram: l. 3, 38, &c.* (14) *Cram: l 1, 22. l. 3. 38.* (15) *qvod non solum Catalogus scriptorum Eruditorum ap: Micral.; sed & N. Martini Rangonis Colberga Togata, qva Viros doctos ab Ao. 1500 ad 1668 complectitur. Qui idem B. L. promittit Colbergam armatam & salsam, nec non religiosam atq; subterraneam in lingva Vernacula ex Mss. & Diplomatibus &c.* [16] *Cram: l. 2, 5, 8.* (17) *Cram: l. 2, 45,* (18) (19) *VVittebergam Barnimus Bogislai B. Fil. Cram: l. 3, 10. it: Ludovicus Ernestus & Barnimus Filii Philippi 1 Micral: l. 3, p. 2, n. 34. Heidelbergam: Philippus I. Micral. l. 3. p. 2, n 5. Gryphisvvaldiam: Svvantiborus VVartislai X. Filius, qvi & Rector Cram. l. 2, 43. Similiter Johannes Friedericus Filius Philippi I. Rector fuit in Patria Academia. Micral: Catal. Episc. n. XIX. l. 3, P. 2. Tubingam: Vlricus F. us Philippi: qvi & Rostochii fuit Rector. Micral: l. 4, Ao. 1607. n 4.* (20) *Sithman. l. c. n. 10 c. 13. §. 67.*

§. VII. Variæ nunc Societates considerandæ veniunt, & qvibus illæ vinculis fuerint conjunctæ. In conjugali occurrit Polygamia (1) qvæ his Gentibus fuit in usu; sed tamen ut una justa uxoris locum obtineret, reliquæ Pellicum essent numero. Ad herilem pertinet quæ de rusticis observatio, quibus in Pomerania (2) justa & clemens fuit servitus. Cives vero, Urbium incolæ, ita suam concordiam stabiliverunt, ut statis (3) diebus festis genialiter viverent, & qvasi συσσίτια Græcorum celebrarent. Postea (4) Saxonum mores observarunt in adunandis animis civium. Nobilitatis arctissima fuit amicitia, summaq; fides erga se invicem (5) ut nec bonorum, nec capitis periculum pro cognatis adire detrectarint. Reverentia autem (6) Subditorum erga Principes, Amor Principum erga subditos absq; exemplo fuerunt, hinc etiam nulla Parricidia gentem Pomeranam fœdarunt, (7) si triste Barnimi II fatum excipias. Beata fuit hac ratione Pomerania si ulla unquam aliàs Regio, ut nec unius Familiæ major potuit esse Affectus, quam hic integræ civitatis: unde etiam illis Patribus Patriæ pro peccato magno paulum supplicij satis erat, & subditos magis errori, quam erroris pertinacia damnabat Atque exinde quot nomina (8) tot Elogia Ducum Pomer. in monumentis historiarum leges, ut Pij, Pacifici, Da-

tivi, *Judæ Maccabæi*, Patris nostri &c. amoris plenis titulis ab subditis insigniti fuerint. Hinc etiam non sibi timuerunt Civitates ab Arcibus (9) quas in qualibet Principes exstruxerant, quin has sacras instar Asylorũ venerati sunt antiqvissimi, adeò quibus alii metui, hi amari malebant. Verum & ipsi Principes (10) arctissima inter se coluerunt fœdera amicitiæ atq; moderatius maximos inter se diviserunt Principatus, quam alii nunc exigua partiuntur Patrimonia. Hinc nulla ferè inter illos bella, rarissima dissidia, omnia ex æquo & plano decisa.

*(1) Cram: P.R.H. l. 1. 10. 20, 24. (2) Micral: 6, sub fin. n. 48. Constitutiones rusticales Ducis Philippi. (3) Cram: l. 1, 24, 28, (4) Friedb: l. 1. (5) e g. Cram: l. 2, 35, 48, 55 &c. (6) Cram: l. 1, 10, 21. l. 2, 26, de Matronarum Stolpensium egregiè facto in redimenda urbe patria, qvam Bogisl. V. & Barnim. VII. Crucigeris oppignorarant ad an. 1340. conf. Micr: l. 2, n. 111. Saxo lib. 15 de Slavo, telum verecundius abjiciente cognito qvod Rugianorum Ducem appeteret. Tanta, inqvit, apud hanc gentem viris in fastigio positis veratio penditur. (7) de Barnimo II. Micral. l. 3. P. 1, n. 18. Wartisl. I. etiam occisus sed ab hoste & pagano. V. Cram: l. 2, 3, l. 1, 37. (8) Friedb: præf. Act. Stett. Cram: l. 2, 13: 20, 24. 29. Micral: l. 6, n. 28. (9) Cram: l. 1, 10, 21, Friedb: l. 1. (10) passim in Hist. rerum gestar. à Ppib. conf. e. g. Cram. l. 2, 33. Friedb: l. 2, ad an: 1596. &c. Adhuc Epitaphium illud Barnimi VI. in templo pagi Kentz conspicitur una cum effigie Mariæ Gratiosæ, cujus anathemata ferè ad hoc seculum conservata demum sunt sublata.*

§. VIII. *Judicia* Pomeranorum qvod attinet: In Gentilibus quidem olim plus profecit vitiorum ignoratio, quam in aliis cognitio virtutis, itaq; continentia illis morum qvoq; iustitiam edidit nihil iniqvum concupiscentibus. Diras furcas, rotas, pices, & alia exquisita (1) ad cruciandos homines ipsis ignota supplicia Christianis in usu esse detestabantur. Vix aliam qvam militarem disciplinam exercebant de erroribus in bello commissis. Si vis ingrueret parti læsæ & imbecilli, in qvalibet civitate paratum erat Asylum (2) Arx Ducis. Compositio amicabilis ubiq; inveniebat locum, nec immortales gerebant iras. Post ea tempora vero ubi simplicitas abijt in versutiam, vitio temporum primo factum, ut in privatas vindictas magis exardescerent. Civitates potissimum ad illas compescendas & ne turbarentur comercia (3) latroci-

niis, curarunt leges scriptas (4) introduci, aliæ Jus Schwerinense, aliæ Magdeburgense, Lubicense plurimæ sunt secutæ. Aliæ in his omnibus successu temporis annotantes defectus, peculiares correctiones (5) seu Constitutiones his addiderunt, vel consvetudine derogarunt LLbus scriptis. Nobiles vero suas controversias coram Judice à Duce constituto. ex simplici & plano peragere tenebantur, veruntatem his ex more antiqvo duella atq; (6) ejusmodi alia violenta remedia gratiora semper fuerunt, donec hæc ferocia coerceretur, & (7) peculiaribus constitutionibus constringerentur Nobiles. Ita & Civitates inter se (8) violenter egerunt, ulciscentes ferro & flamma injurias illatas. Similem in (6) modum jus suum sæpe exercuerunt Clerici, Episcopi & Abbates, quæ omnia inductione Historiarum probari possunt. Fuerunt autem rudes admodum tunc temporis Advocati. (10 Wartislaus IX (11) primum Judicium cum Prælatis seu Viris Nobilibus & Civitatibus instituendum, ordinasse dicitur. Peculiaris autem Judicii (12) Forma in Rugia, peculiare etiam (13 jus.

(1) *Cram: l. 1, 10. 21. egregia de pagan. adhuc judiciis, imprimis de sanctitate illorum & juramenti in illis reverentia vid. Helm: l. 1, §. 3, 83. §. 2, 19 20.* (2) *Cram. l. 1, 21.* (3) *latrociniis admodum infamis fuit gens Slavorum. Pomeranos tamen ab illo omninò liberat Krantz VVand. l. 14, 18.* (4) *Sithman in dedic. Juris Episcopalis moderni enumerat civitt. qvæ jure communi Cæsareo, qvæ Lubecensib. qvæ Culmens. quæ Magdeburgensibus statutis, qvæ Saxon. co jure usæ fuerint ex indultu Principum. Conf. Cramer: 2, 12, 13, 6, 40. Micræl. l. 2, n. 5. l. 6, n. 49. Friedb. l. 1.* (5) *uti factitatum Stralsundæ apparet ex Pactis conventis Senatus & Civium,* Bürgervertrag: *Item* Erbvertrag zwischen *Hr. Philippo Julio* und der Stadt Stralsund *An. 1615. Sithman. l c. n. 4.* 6) (8) (9) *Cram. de Nobil. l. 2, 35. 44. 55. de civitt. Krantz l. 10. 33, 35. Cram. l. 2, 42 de Clericis Cram. l. 2, 28.* (7) *Micræl. l. 6. n. 45. &c.* (10) *adeò ut in Synodo Ao. 1492. Episcopus Benedictus hujus rei curam haberi necessarium duxerit, conqvestus admodũ de improbitate illorũ & inscitia. ipse vero constituto illis certo Stipendio simul Juramentum qvod conceptis verbis præstarent, instituit. Cram. l. 2 48.* (11) *Cram. l. 2, 2, dè alio hæreditario qvod Barn. I. Stetini instituit. Vid. Cr. de 2 13. Friedb. l. 1, non una vice* (12) *Sithman. l. c. n. 4.* (13.) *Juris Rugiani MSti exempla-*

*plaria non una extant; sed varietate sua leges immutatas, ut aliàs fieri suevit, ostendunt. Micral. l, 6. n. 19 & n. 48. sub fin. it. n. 49.* von Wendischen Rechten. *De Processu judiciario, de Appellationibus, &c. conf. Micral. l. 6 passim & alibi etiam cum Friedb. Ubi in 4tuor districtus divisa terra* [ 4 Garten: Bergen/ Gartz/Gingst/Wittau; ) *peculiares quidem Judices* ( Garten-Vögte ) *habet quilibet districtus, qui minores lites decidant adhibito Notario, idq; inter Ignobiles: Nobiles verò cum & ipsi adhibito judice qvopiā ex oppidis exerceant Jurisdictionem, ipsi solum coram Judice terrestri* ( Land-Vogt ) *qvi Nobilis est Rugia oriundus, causas agunt: & ad hunc Iudicem terrestrem abOppidanorum & illorum minorū judicum judiciū Appellatio devolvitur. Quibus addatur Syntagm. IuriumS. R. M Svec. summi in Germ. Tribunal. ut & Civil. & Ecclesiastici Pomeran qva in certos Titul. digessit Anton, Günth. Fritschius.*

§. IX. De Religione prolixa foret instituenda dissertatio, ni pagellarum prohiberet angustia. Gentiles adhuc dum summa veneratione prosecuti sunt idola sua, summa item liberalitate sustentarunt illorum Ministros, tolerarunt tamen diversas Religiones tam diu, quousq; suam non tollerent, atqve ita cum Veteribus Gothorum sive Vandalorum videntur accepisse Deos Venedorum Triglaw, Bialbuck/ & Zernebuck/ quæ nomina originem Slavorum debent lingvæ. Verum de his peculiaris Tractatus esset componendus, imprimis de Svanteveit Rugianorum, cujus simulacrum lapis parieti vestibuli inclusus obscura qvamvis sculptura in Templo Peninsulæ VVittau, qvod vetus dicitur (Alte Kirche) exhibet. Quod vero Religionem Christianam attinet, jam Sec. VIII vel IX circiter, si non prius fuerunt, qui & Rugiam & Pomeraniam adierunt ex Christianis, zelo pietatis; sed illis successus non respondit, ita ut integri Principatus fidem hanc profiterentur, utut reliqverint passim imprimis in Pomerania Christianos Neophytos. Seculi XII initio, Episcopus Bambergensis Otto, Pomeranorum Apostolus, ad id instinctu potissimum Ratibori D. à Crivousto invitatus, successu quidem primùm difficili, tandem omnes superavit molestias, & altera imprimis in hanc terram expeditione facta, de victa Idololatria triumphavit. Hicq; ut templa, cænobia institui, ita etiam Cathedralem Ecclesiam Wollini nuncupari curavit, qvæ deinde

Cam-

Camminum translata. Camminensium Episcoporum fuit sedes. Adjuverunt hæc Episcopi Ottonis consilia pij Principes Wartislaus I. & Ratiborus memoratus, quorum etiam opera factum, ut habitis universalibus Comitijs Usedomiæ Religionem hanc suscipiendam omnes unanimiter decernerent. Verum distinctius quædam de Episcopatu dicenda: I. Qvod ab institutione ejus, antequam Ducatus Pomeraniæ Imperio Romano insereretur, Principes fuerint Fundatores, Patroni & Protectores, qvorum consensus necessariò requirebatur, si qvempiam Capitulum, cujus Electio erat, crearet Episcopum. Pontifex autem confirmabat Electionem Episcopi, & pallium Electo mittebat, qvod rarum decus paucis Episcopis collatum testantur Historiæ. Præterea immediate etiam Episcopus subjectus erat Pontifici, neq; agnovit superiorem vel Primatem, vel Archi Episcopum, qvamvis id ex Germanis contendebant Bremensis & Magdeburgensis, atq; Imperatores sæpius illos ad Comitia vocarint, per suos etiam illi in Comitijs ut Principes Imperii comparuerint, protestantibus tamen Ducibus Pomeraniæ, omnes hæ machinationes frustra fuerunt. Ex Polonis vero Archi Episcopus Gnesnensis suæ Diœcesi hunc Episcopatum vindicabat, qui etiam litem eam in rem movit coram Pontifice, sed causa cecidit, & Conrado IV. Episcopo, inter exemptos numeratus Episcopatus Camminensis. Similiter & Capitulum Princi es agnovit Patronos qvod, præter jus eligendi Præsulem etiam hoc gaudebat privilegio, ut nullus ex ipsorum collegio, à solo Episcopo judicari posset. Inter Officia autem Episcopi præcipuum fuit accuratio Ecclesiæ per Synodos, qvas etiam aliquoties celebratas testantur Annales. Scholarum qvoq; inspectio, qvam priores negligentius administrarunt. Reditus amplissimi hujus Episcopatus fuerunt: plurimas enim possedit Civitates, ipsam Colbergam & alias non vilis conditionis. Imo adeò dives fuit, ut Episcopi Comitatum donare potuerint, quare etiam pleriq; Principes Germaniæ illum ambierunt. Atqve peculiarem deniq; ditionem constituit, qvæ Episcopalis dicebatur, exercuitq; Iurisdictionem Episcopus etiam in nobiles suarum ditionum, nec non illi Homagium subditi præstiterunt. Aulam præterea aluit, Cancellariis, Mareschallis etiam hæreditarijs atq; id genus alijs Ministris ornatam. Longè qvoq; se extendit ejus Diœcesis, usq; in novam

Marchiam & Ukeranam, saltem qvoad VVolgastanam ditionem plurimæ exceptæ terræ, quæ ad Schwerinensis Mecklenburgici Episcopi Diœcesin spectabant, qvædam etiam quæ ad Aldenburgensis Episcopatus jurisdictionem referebatur, ut et Rugiana ditio ad Roschildensem Episcopum. Admissi autem ad Episcopatum non solum Nobiles, neq; solum Indigenæ, sed & ex ignobilibus vel exteris singulari eruditione aut Prudentia præditi. Rugia vero Pomeraniâ recentior abjecit superstitionem gentilem, non autem ductu Ottonis, qui id tamen moliebatur, sed subactam à VValdemaro R. Absolon Episcopus Roschildensis una cum duobus alijs Episcopis ad fidem adegit, et 30 Templa, (juxta alios 12. Sed priorem forte numerum adstruit qvod adhuc 27 Parochiales Ecclesiæ observentur præter tres alias qvarum conditio immutata: ut omittam, qvæ Illustrissimorum Putbussiorum Palatio est conjuncta & qvam hoc seculo, non ita multos ante annos G. & N. Dominus Philippus Guzlaf Rotermund exstruxit) in illa Insula erexit. Ex eo Diœceseos Episcopi Roschildensis facta Rugia, qvi quæ Clericorum erant, omnia administravit per suos Officiales, & magnos exinde percepit fructus. Verũ præter Clerũ variis Religiosorum generibus impleta fuit Pomeran. & observantur fuisse primi Benedictini Ordinis, & Præmonstratensi: deinde aliæ omnes Sectæ ingressæ sunt has Terras, Eremitæ, Cistertienses, Franciscani, Dominicani, Carthusiani, Augustiniani, Carmelitæ, Anthoniani, Monialium etiam Ordo imprimis S. Brigittæ in diversis Cœnobiis deprehensus & notantur 9. cœnobia Monialium, Præfuerunt a. horum Ordinum nonnullis, Abbates baculati, qvorum octo numerantur: Belboch, Bukou, Campe, Colbatz, Eldenou, Hiddensee/ Puddigla/ Stolp. Abbatissarum fit etiam mentio. Præpotentes nonnullæ Abbatiæ, imprimis Colbazensis, qvæ fœdus etiam cum Principibus, exteris pangere ausa, summa ab Imperatore obtinuit privilegia. Fuerunt autem Abbates Cistertiensis & Præmonstratensis Ordinis Episcopis subjecti, unde etiam in Synodis comparere tenebantur, & juxta Prælatos invenêre locum. Solus Colbacensis tandem fuit exemptus. Eligebantur vero Abbates & Priores à Fratribus. Itidem suos qvoq; Ordines celebrarunt Convent9. Verum labascente disciplina, cum comunem in Europa morbũ pateretur Ecclesia Romana, restituta tamen eadem conservatis juribus Episcopat9;

sed

ſed reſtrictis ad Epiſcopalem *Jurisdictionem*, conſtitutis Principum, tanqvam Supremorum Dominorum nomine Superintendentibus tribus, qui reliqvæ P. æ curam haberent cum Conſiſtorijs, ſimili modo; ſed non pari auctoritate. Ubi accuratior Cura habita Synodorum, conſtitutæ etiam LL. Eccleſiæ Kirchen-Ordnung und Agenda. Abbatiarum bona partim in uſum profanum converſa, partim in Scholarum minorum & majorum deſtinata ſuſtentationem. Ceſſêre etiam magnam partem in Sacerdotum Salaria. Confirmata autem imprimis Aug. Con. Anno 1562. inter Privilegia terræ, cum alijs quæ tunc mutatio attulit. Hæreſes in Pomerania minimè deprehenſæ: niſi der Putzkeller/ Waldenſer/ Hußiten/ de qvibus tamen ſub judice lis eſt, an hæreticæ Sententiæ, quæ illis attribuuntur, revera illorum fuerint: Imò de prima Secta traditiones fabulam redolent. Verum addendum huic membro de Religioſis & Clero, qvæ de Equeſtribus ſacris Ordinibus obſervatu digna fuerunt in Pomerania. Fuit hic Templariorum Ordo, & non mediocria prædia poſſedit. Huic deinde conſenſu Regum & Papæ abolito ſucceſſit indultu Principum Pomeranorum in bonis Ordo *Johannitarum*. Atque fuit Commendatura Wildenbrucenſis inſignis, cum altera Zachanenſis ſublata. Verum inter Ordines Reipubl. numerati ſunt hi Equites ſacri & cum clericis omnibus ſervitijs, quæ talem Ordinem, decebant, fuerunt Ducibus obſtricti, quibus & Homagium præſtitit Magiſter Sonnenburgenſis & Commendator.

*Autores qui hæc vel aſſeverant, vel illuſtrant ſunt Saxo, Helmoldus, Kranzius, Cramerus, Friedborn, Micrælius, Sithman. Et peculiaria etiam hic ſunt jura civitat: inclyta Straleſunde, ex Tr:* Erbvertrag zwiſchen *Phil. Julio* H. in P. *Ic: ex inſtructionib. Conſiſtorialib. variorum Ducum obſervanda. Ad antiquitatē Religionis Chriſtianæ in Pom. ſpectat, qvod VVippo l. c. habet: deinde collectis copiis de Saxonia ſuper eos qui Luttizi (aliis Lintizi) vocantur quiq; olim Semi-Chriſtiani nunc per Apoſtaticam nequitiam omninò ſunt Pagani, Imperator (Conradus) venit, de Rugianis Chronicon Corbienſe à Meibom. editum refert: Dominus Lotharius Imp: tradidit Rugiam Inſulam cum tota circum jacente Provincia.*

§. X. Reliqvum eſſet, cum Remp Pomeranam reſpectu ſui ipſius, &

& Membrorum inter se consideravimus, eandem respectu Rerump. exterarum contemplari, ut cognoscamus quomodo erga has pacis belliq; tempore sese gesserit: ubi potissima cura fuisset in annotandis ejusdem munimentis, aditu difficili, militari robore, disciplina &c. Post hæc de fœderibus, quæ cum Slavis, Polonis, Meeklenburgensibus, Rugianis &c. cum Danis, cum Germano Imperio, cum Saxoniæ Ducibus, Marchionibus Brandenburgensibus, alijsq; Regibus, Ducibus, Rebuspp. pepigerit. Quibus adjungenda tractatio de Dignitate Ducali in Germ: Imperio, & huic annexis de Titulis Ducum, de Pactis gentilijs; verum res est altioris indaginis, & ampliorem campum excurrendi requirit. Deo igitur T. O. M. pro Successu hujus opellæ supplices agimus gratias, Inclitæq; Patriæ, quæ nobis disserendi nobile suppeditavit argumentum, benigniora apprecamur Fata.

**FINIS.**

# DIPLOMATA
*QUÆDAM VETUSTA,*
# POMERANIÆ
## ANTIQVITATES
QUAM MAXIME ILLUSTRANTIA,
*ANTE HAC (DUOBUS EXCEPTIS,) NUN-QUAM TYPIS*
EVULGATA,
CUM
## NOTIS ET ANIMADVER-SIONIBUS
MARTINI RANGONIS
POMERANI.

I.

# DIPLOMA.

## INNOCENTII, PONTIFICIS ROMANI, CONFIRMATIO (a) EPISCOPATUS *POMERANICI. M.C.XL.*

INNOCENTIUS Episcopus Servus Servorum Dei, venerabili fratri (b) Adelberto, Pomeranorum Episcopo, ejusq; Successoribus Canonicè substituendis in perpetuum. Ex commisso à Deo Apostolatus officio, fratribus nostris, tam vicingis qvam longè positis, paternâ nos convenit provisione consulere, & Ecclesijs in qvibus Domino militare noscuntur, suam justitiam conservare, ut qvemadmodum disponente Domino Patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere. Hujus rei gratia, venerabilis frater Adelberte, Episcope, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & commissam tibi Pomeranensem Ecclesiam sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, statuentes, ut in civitate VVollinensi, in Ecclesiâ Beati (c) Adelberti, Episcopalis sedes perpetuis temporibus habeatur. &c. Datum trans Tyberim per manum Emeryci, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi,

Car-

Cardinalis & Cancellarij, secundo idus Octobris, indictione qvarta, incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo quadragesimo, Pontificatus verò Domini Innocentii Papæ secundi, Anno undecimo.

# ANIMADVERSIONES.

(a) EXtat hoc Diploma, uti hic typis exscriptum est, in DAVIDIS CHYTRÆI *Proœmio Metropol. pag. 29.*

(b) ADELBERTUS hic, Natione Francus, Ottonis Bambergensis, Pomeranorum Apostoli itineris Comes & Interpres, atq; primus in Pomeraniâ *Julini* A. C. *1128.* constitutus Episcopus fuit. Vid. ANDREAE *Abbatis Bambergensis Vita Ottonis Bamberg. lib. 5 cap. 12. pag. 185. à Plur. Rever. DN. L. VALERIO JASCHIO edita.* Ejus tempore *1151.* Ratiborus Pomer. Princeps, eo loco, ubi Frater illius VVartislaus per Sicarium, idolis deditum, fuerat peremtus, fundavit *Monasterium Stolpense*, ordinis Præmonstratensis, ut in eo *artes* & *Theologia* docerentur. Idem eodem anno etiam *Monasterio Grobensi* initium dedit in Usedomia, qvod deinde *Pudglaviam* translatum est. Obijt Episcop A. C. 1158. d. 17 Novemb. Cui consentientibus Collegij suffragijs CONRADUS successit, sub quo assiduis VValdemari Danorum Regis adversus Vandalos bellis, Henrico Brunsvic. cognom. Leone etiam ex continente Pomeraniam infestante, *Julinum* tandem incolarum fuga desertum, á Danis captum ac exustum est. Qvare in vicinum trans Divenoam oppidum *Caminum Sedes Episcopi* per Casimirum, Vratislai Filium translata 1175, & pactiones certæ cum Episcopo & Canonicis initæ sunt, ne apertâ Episcopâ vel vacante Prælaturâ qvisqvam præter Pome-

ra-

raniæ Principum, tanquam Patronorum, consensum substitueretur. Circa ipsa hæc tempora contigit *Rugianorum* ad fidem *conversio*, qui Danorum armis ad eam compulsi. A Ducibus Pomer. varia etiam monasteria hoc tempore condita sunt, *Belbuccense*, *Colbacense*, *Olivense*, *Brodense*, *Ivenacense*. Lutitius qvidam Nobilis, Mirografus, *Dargunensem Abbatiam*, & Ravenij fratres nobiles Barthes & Henricus *Varchemense* Monasterium pro Monialibus fundarunt. A.C. 1176. Episcopus ipse *Julino* Caminum discessit, ubi *Cathedralis Ecclesia fundamenta* posita in honorem *S. Iohannis*, quem, pro more seculi, *Patronum allegit Episcopatus*. Moritur Conradus A. C. 1185. SIGFRIDUS, ex Præposito Episcopus tertius. Hic A. C. 1199. furorem Satanæ, complures Incolas oppidi *Pasevvalck* ad αὐτοχειρίαν compellentis, precibus compescuit. *Saxones* hujus tempore à Bogislao & Casimiro Ducibus invitati, Pomeraniam citeriorem (Vor Pommern) incolere cœperunt: idq; tanto numero, ut Heneti, qvos novi Advenæ à Collegiis civilibus excludebant, cederent, & in Pomeraniam ulteriorem (Hinter-Pommern) sese conferrent. Inauguravit Sigfridus *Ædem S. Iacobi Stetinensem*, à Beringero Frauco, exstructam, nec non Monasterium *Bergense* in Rugiâ, & *Eremitarum Stargardiæ*. Animam reddidit DEO A. C. 1202. SIGERWINUS, qvartus in ordine Episcopus, ipse populum pro concione erudivisse dicitur, qvod officii jam tum ab alijs Episcopis negligi consveverat. Refertur ad hunc constitutio, qua impudicæ mulieres, die sacro Parasceves, ad S. Synaxin admissæ, cæteris ipso Paschatos festo accedentibus: (das die Huren des Freytages vor her/ wen andere ehrliche Leute am Osterrtage zum Tische des HErren gingen/ zur Communion gelassen würden.) Id qvod Wilhelmi demum temporibus exspiravit. *Eldenaviense sive Hildense* Cœnobium A. C. 1207. à Principibus exstructum consecravit. Vitam cum morte eodem qvo Casimirus Dux Pomer. in Palæstina anno h. e. 1217. commutavit. CONRADUS II. patriâ Demminensis, de hoc Episcopo constat, qvod ipso vivente *Gedani Monasterium nigrum*, (das schwartze Mönchs-Kloster) *Bucoviense*, prope Rugenwaldiam, *Campense* in loco ubi jam Franrburg/ & pro Monialibus *Treptoviense ad Regam*. der Küchen Hoff vulgo) exstructa sint. Cum ægre amplius mu-

ac-

neri præesset, ingravescente nempe ætate, CONRADUM, hujus nominis III. in ordine Episcopum VI. illustri Comitum à *Gützkovv*, genere prognatum, *Coadjutorem* adscivit, & A.C. 1233. vitæ pausam fecit. Sub hoc Conrado Gützkoviensi *Gryphisvvaldia* sua sumsit initia, qvam Monasterij *Eldenoviensis Abbas* condidit, sed cum potentiâ mox superaret filia matrem, Barnimo Duci dono eam dedit. Post decennium ultrò resignavit. Doctor VVILHELMUS annis sex præfuit Præsulatui, quibus elapsis sua sponte ei nuncium misit. Hinc octavus in ordine Episcopus electus HERMANNUS, Comes à Gleichen/ Rei bellicæ, quam Ecclesiasticæ studiosior, & de proferendis Diœcesios finibus imprimis sollicitus, quod etiam à Barnimo Duce *Colbergam* cum omni territorio acceperit, ut esset *Urbs Episcopalis*, quo titulo autem hoc factum, infra patebit. *Ottoni, Comiti ab* Eberstein/ Sororio, *Neogardiam* in Feudum dedit. Fundata sunt vivente hoc Præsule. Parthenotropia complura, *Colbergæ*, quod adhuc hodiè durat, *Cöslini*, concionibus aulicis postea sacrum, *Uckermundæ*, *Mariæstieffi*, Sarvenitz/ Suckow. Ex hoc fervor propagandæ religionis apud Pomer. Duces apparet, cum tot in diversis locis monasteria, in civitatibus & pagis, Præbendas, & alias religiosas Fundationes, itemque Episcopatum Camminensem à quo Regimen in cœtera, cum tot Arcibus & Urbibus erexerint. Quæ omnia si quis à Reformatione Pomeraniæ per quatuor secula usq; ad exstirpationem fermenti Pontificij computare velit, certè non ullam Regionem inventum iri, quæ tantæ devotionis, licet præposteræ, ediderit documenta, fatebitur. Franciscus STYPMANNUS *de Salar. Clericor. cap. 1. n. 269. seqq.* Unde bona Episcopalia eo excreverunt, ut ArchiEpiscopatum adæquarint, ceu rectissimè Æneas PICCOLOMINAEUS, *Senensis Cardinal. in Comment. de Europæ Statu sub Friderico III. Imp. cap. 23.* Caminum Pontificalis Civitas, cujus Diœcesis latissima est, nec minor Moguntinâ creditur. Episcopus loci Romano duntaxat Præsuli subest. Obijt Hermannus A. C. 1287. Nonus Episcopus fuit *JAROMARUS* III. Princeps Rugianus, hic non nisi politica curavit, rejectis in *Suffraganeum*, Doctorem Petrum, Ecclesiasticis omnibus: Eidem *VValdemarus Marchio*, cum pacto retrovenditionis, ad annos quatuordecim, vendidit Schivelbein & Falckenburg/ nec non Ros-

 sow

sow et Batiß/quæ oppida posteà etiam à Marchionib. redemta sunt. Decessit ex hac vitâ A. 1299 Decimus, qui Episcopatui præfuit, est HENRICUS Wachold/hic imitatus Prædecessorem Hermannum, initio plus, quam debuisset favebat Marchioni Brandenburg. adversus *Ottonem* Ducem Pom. Ast ubi cum Principe suo in gratiam rediit, *Belgardiæ* facta est hæc Transactio, ut Episcopus cum Capitulo Duces Pomeraniæ pro Fundatoribus & Patronis agnosceret ijsq; fidem debitam præstaret, hostemq; cum eis communem haberet. Emit à Nobilibus de Schmeling & Wedelstete *Arcem* Gültzau mille & ducentis Marcis, quam venditionem *Bogislaus* Dux confirmavit in dicta Transactione Belgardensi. Incidit in hæc tempora *Ordinis Templarij* fatale excidium; à Clemente V Rom. Pontific. imperatum. Horum bona, ex speciali Principum gratiâ, cesserunt *Equitibus Rhodiensibus*, item Johanniter Orden: ex quibus in Pomerania *Commendator* constitutus. Duces namq; Otto & Bogislaus ex piâ & religiosa devotione concesserunt Ordini *Johannitarum Castrum & domum* Wildenbruch cum omnibus suis pertinentibus, hac lege, ut superior *Ordinis Magister*, der Heer-Meister in castro illo constitueret Præceptorem sive Commendatorem einen Gebietiger/ & quotiescunq; Commendator mortuus obiret, vel aliàs à Comendaturâ discederet, alium in illum locum substituere posset, his conditionibus, ut Electi Persona sit veræ Religioni addicta, nec non idonea & qualificata, adeoq; Ducibus Pomeraniæ acceptabilis ad consilia danda & tuendos fines Pomeraniæ, præsertim inter Oderam & Randow. Matthias STEPHANI *de jur. Patronat. Part. 1. cap. 23. pag 141.* Memoratu dignum, quod vivente hoc Episcopo, A. C. 1313 neq; Imperator Romanus neq; Papa, neq; Rex Galliæ fuerit. *Joh.* Isaacus PONTANUS *rer. Danicar. l. 7.* Ad meliorem vitam transijt A. C. 1317. Cui mox successit CONRADUS, hujus nominis quartus. Immediatè Præsules Eccles: *Julinensis* & Camminensis, à prima Episcopatus Fundatione subjecti erant Pontifici Romano, nec agnoverunt superiorem vel Primatem vel ArchiEpiscopum, quamvis id è Germanis contenderet *Magdeburgensis*, & David CHYTRÆUS *Metrop. lib. 13. & Saxon. part. 2. lib. 31. pag. 758. in Proœm. Metrop. edit. Germ. Bremensi* etiam asscribere audeat, atq; *Gnesnensis* Poloniæ ArchiEpiscopus plus vice simplici suæ eam Diœcesi asscriptam voluerit

rit, fefellit tamen Gnesnensem conatus omnis, dum masculè ei restitit Conradus, causâq; Romam ad Papam *Johannem* XXII delata, obtinuit, ne ejus jurisdictionem agnosceret. Valentin. ab EICHSTET, *in Chron. Mss.* Adeoq; falluntur, quotquot Chytræum secuti Bremensi, vel etiam cum Philippo FERRARIO *in Lexico Geographico*, Magdeburgensi, aut cum Martino CROMERO, *de Orig. & reb. gest. Polonor. lib. 3. pag. 38.* Gnesnensi ArchiEpiscopo tribuunt. Unde subsequentibus temporibus factum puto, quod nunquam Ecclesiæ Camminensi in Pontificialibus Vicarium è vicinis Episcopis legerint, sed è locis remotissimis sumpserint. Exemplum habemus in Ecclesiæ *Orkadensis Episcopo* quodam, qui A. C. 1389 Præsulatus *Camminensis in Pontificialibus* fuit *Vicarius*, uti ex sequenti liquet Diplomate, quod multis abhinc annis è vero originali, quod asservabatur in Curiâ Colbergensi, descripsi & hic integrum, cum non sit prolixum, inserere volui: *JOHANNES, DEI Gratia, Episcopus Ecclesiæ Orkaden. Ecclesiæ Camynensis in Pontificialibus Vicarius. Recognoscimus in his Copiis nostris omnibus verè pœnitentibus contritis & confessis, si ad Capellam parvulam in Civitatate Colbergensi apud Chorum Ecclesiæ Colbergensis Camynensis Diœceseos in honore Beatæ Mariæ virginis ædificatam & in festis infra scriptis, videlicet Paschæ, Ascensionis, Penthecostes, Trinitatis, Corporis Christi, Nativitatis Domini, Circumcisionis & Epiphaniæ Domini, in diebus Palmarum, Cœnæ, Parasceves, Rogationum, in diebus S. Crucis, in omnibus festivitatibus B. Mariæ Virginis, in nativitate & decollatione S. Johannis Baptistæ, in die S. Laurentii Martyris. Omnium Sanctorum, in die omnium animarum, in die Patroni & dedicationis Ecclesiæ Colbergensis inductæ, & in octavis festivitatum octavas habentium causâ devotionis accesserint, ut qui ad Cymiterium dictæ Ecclesiæ & Capellæ orando ibidem pro fidelibus defunctis circuierint, ut qui ad fabricam, luminaria aut alia ornamenta dictæ Capellæ & Ecclesiæ manus porrexerint adjutrices, aut qui in extremis laborantes, quicquam suarum legaverint facultatum, quicunq; aut quotiescunq; aliquid præmissorum fecerint, de omnipotentis Dei misericordiâ & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eorum meritis & auctoritate confisi ac speciali indulgentiâ sanctissimi in Christo Patris ac Domini, Domini Urbani, Divinâ providentiâ Papæ VI. quadraginta dies Cri-*

*minalium, annum venialium & unam Karenam de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Datum Colberg anno Dni. Millesimo, CCC° LXXX° nono, decimo septimo die mensis Aprilis, nostro sub sigillo præsentibus appenso in testimonium præmissorum.*

(L.S.)

Ubi autem locorum Orkaden, sive Insulæ Orchadenses sitæ sint, infra ostendemus. Insuper Episcopi Camminenses solos Pomeraniæ Principes Patronos agnoverunt, & quamvis Imperatores Episcopos ad Comitia imperalia vocare, ibidemq; votum & Sessionem habere voluerint, obtinuit tamen dictus Episcopus Conradus, Episcopos esse & manere *Ducum Pomeraniæ Landsassios & Feudatarios* eisq; fidelitatem & homagium debere, non minus ac alij in Pomeraniâ Landsasfij. Ita tamen ut Episcopus tanquam primarius (summus Plebanus jure hereditario, und ihre obrister erblicher LandRaht. Johann. MICRAELIUS *lib. 6. Pomer. Cap. 37. pag. 438.*) primam sessionem & votum habeat, manente Principibus in eos respectu Feudorum & Regalium fundatâ jurisdictione, quod nec ab eo tempore, quo Duces Pomeraniæ Episcopi electi fuêre, immutatum est. Johann. SITHMANN. *Idea juris Episcop. modern. cap. 3. num. 42. 43.* Non enim potuit Capitulum sive Episcopum, Prælatum, sive Canonicum quemvis eligere, sine Ducum Pomeraniæ, tanquam Patronorum consensu, nominatione & præsentatione prævia; Ipsi Episcopi Caminenses ad Comitia Provincialia vocati, tanquam subditi & Landsasfij, propter Regalia, Castra, Oppida & prædia, quæ à Ducibus Pomer. tenuerunt, comparere & juramentum fidelitatis præstare jure Vasallagij obstricti fuerunt. SITHMANN l. c. n. 37. & seqq. Eam ob causam Principes seculares & Domini terrarum in Episcopos & Clericos jurisdictionem habent, quatenus nempe Feuda & Regalia à Principibus tenent. *c. solitè de major. & Obed. c. verum de for. comp.* Hujus Præsulis tempore Pomeraniæ Ducum summa erga Episcopatum elucescebat Pietas, dum *Otto* & *Barnimus* A.C. 1320. terras suas

suas Episcopatui per *Testamentum* in *Feudum*, deficientibus scilicet heredibus masculis, offerre voluerunt. Cum verò hoc propositum juris dispositioni contrarium videbatur, ad effectum non est productum. A. C. 1321. Episcopus Abbati Colbacensi Werben & Madduje trecentis Marcis vendidit, quem contractum à Pontifice Rom. confirmatum cum revocaret posteà Episcopus *Johannes*, inferioris Saxoniæ Dux, Bonifacius Papa A. C. 1362 sic litem composuit, ut Abbas, numeratis supra priores ducentis Marcis, retineret loca. Mortuus est Conradus Episcopus A. C. 1322. Duodecimus post hunc electus est Præsul *VVILHELMUS*, Doctor Theologiæ, Prædicatorum Ordinis Monachus, nihil memoratu dignum fecisse legitur, quamvis per Sexennium pedum tenuit. In hæc tempora, nimirum A. C. 1323 incidit memorabilis relatio *de gelidissimo frigore*, cum mare Balthicum sic constringeretur, ut pedestri per glaciem itinere de littore Megapolitano & Pomeranico in Daniam inq; Prussiam mari transiretur, dispositis per opportuna loca in glacie hospitijs, si quid commeantibus intervenisset. Albertus CRANTZIUS *VVandal. lib. 8. cap. 7 pag. 183* Hermannus BONNVS *Chron. Lubec ad h. a. Joh.* Isacius PONTANVS *rer. Danic. lib. 7.* & addit Nicolaus à KLEMTZ *lib. 2. MSS.* Von den neuen Pommern und Rügianern *pag. m. 385.* Welches woll scheinet ungläublich zuseyn / aber es ist offt hin und wieder angezeichnet / daß mans wol gläuben kan. Rationes, quare fabulam esse putet Franciscus STYPMANNVS, videantur in ejus *Tract. de jur. marit. & nautico, part. 2. cap. 2. pag. 206.* Sed recens Exemplum habemus in A. C. 1658, da der Beld in Seeland also fest zugefroren / das die Schweden Regimenter weise / und mit Stücken darüber marchiren kunten / der hefftigste Frost war im *Januario*, Februario und Martio, da den auff S. Gertruden Tag alle Ströme noch hart zugefroren waren. Gottfried SCHULTZENS Chroniken *Continuation ad A. C. 1658. pag. 51.* Ego tum temporis sequentia in *Annal. meis Colbergens.* annotavi: A C. 1657. uñ 1658 im Decemb. Januario Februar. und Martio war ein starker Winter / also das die Saltz-See an der Pommerschen Küste über Fünff Teutsche Meile We-

ges einwerths zugefroren / laut unser Fischer Außsage / welche See-Hunde auff dem Eise zuschlagen/offt so weit hineingelauffen. Vor dem See-Hafen zu Colberg/und sonst allenthalben stunden große Eiß-Berge auffgetrieben/ gleich denen hohen Fortifications-Wercken/ welche man heutiges Tages Katzen nennet. Auß dem Colbergischen Hafen ging ein Schlitten-Weg/gleich der grösten Land-Strassen/ und weil Bornholm gegen Colberg auff 12. Meile gerade überlieget/ ist die See/ auff etwa 2. Meilen noch kaum offen geblieben. Et allegatus CRANTZIVS *Saxon. lib. 11. Cap. 10. pag. 793.* adhuc aliud exemplum refert, quod contigit A.C. 1426. verbis: Quo etiam tempore gelu fuit per brumam incomparabile & inauditum, quòd Equites à Gedano Prussiæ in Lubicam per viam navigantium transirent incolumes. Ferunt & Magnopoli in Daniam glacie tum stratum stetisse mare. Tum etiã ferunt indoluisse Prignissæ militares, quòd non ad æternam nominis memoriam, Equites mare transeuntes, pecora inde abegerint: id non tam prædæ causa, quam memorabilis ad posteros facinoris. Ita student inclarescere sceleribus, qui non possunt eminere gloriosis facinoribus. Hactenùs CRANTZ. A. C. *1327. Godofredus de VVida* (de Salice) Capituli Colbergensis Decanus, Candelabrum, ex Aurichalco affrabre conflatum & deauratum septemq; Brachijs conspicuum, addito insigni Gentilitio, Salice, & Apostolorũ imaginibus ornamentisq; alijs, in Choro Templi B. Mariæ Virginis erigi curavit, cum inscript. Rithmica

Anno MCCCXXVII.

Dissen Luchter gaff Her Godeke de Weken
Dat mag ick vor wahr spreken.
Hanns Apengeter my gath/
Gott geve syner Seilen rath.

A. C. 1329 *FRIDERICUS* ab Eickstädt/ Nobilis Pomeranus sedem conscendit Episcopalem, & laudatur, quod fidelis Patroni sui adversus Marchionem Ludovicum fuerit Parastata, tandemq; Pacem inter Partes eâ conditione conciliaverit, ut Electores spe hereditatis, stirpe Pomeranica deficiente, adipiscendæ contenti omni reliquo Pomera-

niæ

niæ jure se abdicarent. Hæc Pacificatio ab Imperatore in Comitijs Francofurtens. A. C. 1338 ratihabita, insuper fœdus pepigit cum Marchione & Electore Brandenburg. ad securitatem terrarum, atq; Popponi & Vicconi de Bartisfowen *Arcem Bublitz* cum quingentis Hubis (500. Husen) in Feudum dedit. Ultimum diem obijt A. C. 1343. Eodem anno defuncti locum supplet decimus quartus Episcopus *JOHANNES*, inferioris Saxoniæ Dux, Pomeraniæ Ducum Cognatus proximus & è Sorore Nepos. Hoc vivente *Barnimus* Magnus A. C. 1346. *Basilicam Ottonis* Stetini adornatam, largissimè dotavit. Monasterium Marien-Thron à Bogislao V. & ejus Fratre in memoriam Matris A. C. 1356 conditum, nec non à Barnimo Magno ad Viadrum Carthusia, Gottes Gnade/ postea die Oderburg dicta A. C. 1360 exstructa. *Casimirus* Poloniæ Rex, cum Petri nummos (Petrinchen) posceret ab Episcopo, denegati sunt ei, & denuò Exemtio Episcopatus contra ArchiEpiscopum Gnesnensem Romæ obtenta. Naturæ debitum solvit A. C. 1373 ætatis 44. Episcopatus 30. *PHILIPPUS* Lumbach à Reheberg/ non à Rechenberg/ ut quidam volunt, quod inde patet, quia præter Episcopalia insignia, etiam in gentilitijs ostendit hinnulum, ein junges Rehe oder Rehe-Böcklein/ uti è diversis ipsemet observavi diplomatibus, quæ in originali asservantur in curiâ nostrâ Colbergensi, & puto eum fuisse Nobilem Pomeran. cum Joh. MICRÆLIUS *Pomer. lib. 6. cap. 46. pag. 460.* hanc familiam numeret inter eas, quæ desierunt in Pomerania. Hic quamvis tredecim annis Episcopatui præfuit, nil tamen memorabile ab eo gestum reperimus, nisi, cum ab Henningo Kranckspare/ *Arcem* Nassaw cum pagis Bizicker/ Krazeke/ Niemüle/ Nassow & Steten ipse emeret, quod Proconsulibus & Consulibus Civitatum Colberg & Cößlin in literis super hoc negotio confectis promiserit se dictam Arcem funditus eversurum, atq; jam dirutas Clausuras (die Wehren) in fluvijs Persante & Raddüje nunquam restauraturum. Obijt A. C. 1386. Decimus sextus Episcopus fuit *BOGISLAUS, Dux Pomeraniæ*, exclusis *Johanne Hannæo*, qui ab Imperatore Wenceslao, Caroli IV. filio, & *Johanne Willichio*, qui à Pontifice Rom. nominati. Per sexennium

bo-

bona Ecclesiastica fideliter administravit, Arcesq; & Oppida oppignerata, Massaw/ Polnaw/ Arnshausen/ Gültzow/ Bubliß ære suo redemit. A. C. 1390. *Schola Palæo-Stetinensis* ad S. *J*acobi indultu Bonifacij IX. Pontificis aperta est, ut apparet è Diplomate desuper concesso, quod exhibet Paulus FRIDEBORN der Stettin: Gesch: *lib. 1. pag. 63.* *VValdenses* etiam hoc tempore Provinciâ pulsi sunt. Cum in Fratris *VVartislai* in Palæstinâ defuncti locum Bogislaus in Ducatu Pomeraniæ succederet, *JOHANNES* Dux *Oppoliensis* in ejus locum est surrogatus, qui Colbergensium Privilegia confirmavit, ceu testantur ejus Successores, mox Ecclesiæ *Culmensis in Prussia Episcopus* electus & evocatus, cui posteà *Episcopatus Vladislaviensis* etiam est collatus, administravitq; simul Præsulatum Culmensem. Vid. CL. Dn. Christoph. HARTKNOCH *de variis reb. Prussic. Dissertat. Histor. 14. pag. 223.* *NICOLAVS*, decimus octavus in ordine Episcopus in ejus locum electus est, hunc Nicolaus LEVTHINGERVS *Commentar. de reb. March part. 9 pag. 79.* nominat *Borckenum*, quod forte sphalma est Typographicum, *J*oh. Isacius PONTANVS *rer. Danic lib. 20. Buddeum*, Canonicum Camminensem, alii à Bock / rectius Nicol. à Buck/ aliàs Schüppenbeil: Hic Bogislaum Ducem, suum Prædecessorem, nunc Patronum anathematis fulmine ferire tentavit, quod nonnulla Ecclesiastica bona, in quæ redimenda 40000 floren. sumptus fecerat, tam diu sibi servasset, donec sumptus facti refunderentur. Quicquid ipse Papa in hoc negotio dissidioq; componendo agebat, non poterat tamen ingrato Episcopo prius Dux conciliari, quam illuc armis eum adegisset, ut dignit. Episcopali resignaret, & se ordini Borussorum adscribi curaret, quod factum A. C. 1395. Dn. HARTKNOCH *c.l. in Catalog. Episcoporr. Pruss.* eum locat inter Episcopos *Culmenses*, ante *J*ohannem, Ducem Oppeliensem, & asserit, quod fuerit postea creatus Episcopus Camminensis in Pomerania. In locum & litem Nicolai successit XIX. Episcopus *MAGNVS*, *inferioris Saxoniæ Dux*, cum enim is, cui causæ decisio erat commissa, *Johannes ab Obiz*, in gratiam Episcopi gratis restitui vellet prædia, ad concilium futurum provocavit Bogislaus. Hanc Sententiam, cum post ejus obitum vidua ejusdem *Sophia* cum Filio nihil pensi haberent, à

Pon-

Pontifice Romano fulmine Anathematis, ad extremam deteſtationem & exitium, petiti ſunt. Sed & hi vanas Epiſcopi iras & iniquam Papæ Sententiam juxta habuerunt, und ſind gantzer 16. Jahr im Bann geblieben der gäntzlichen Meinung / das Ihnen Unrecht geſchehe. Plura referunt *Joh. Iſ.* PONTANUS, *rer. Danic. lib. 20. ad A. C. 1417. & Hiſtoriales Pomeran.* paſſim. Stetini ad Viadrum Collegium ab *Ottone* Jagetteuffel/ Viro Conſulari, pro informandâ juventute A. C. 1412 fundatum eſt, de quo videantur Pauli FRIDEBORN Stettin: Geſch: *lib. 1. pag 70.* A. C. 1417. primum apparuêre his noſtris maritimis locis homines nigredine informes, excocti ſole, immundi veſte, & uſu rerum omnium fœdi, furtis imprimis acres, præſertim fœminæ ejus gentis: nam viris ex furto fæminarum victus eſt. *Tartaros* vulgus appellat: in Italia vocant *Cianos*: Ducem, Comites, milites inter ſe honorant: Veſte præſtantes, venaticos canes pro more nobilitatis alunt: ſed ubi venentur, niſi furtim, non habent: Equos ſæpè mutant: major tamen pars pedibus graditur: Fœminæ cum ſtratis & parvulis jumento invehuntur: Literas tum prætulerunt Sigismundi Regis & aliquot Principum, ut tranſitus illis per urbes & Provincias incolumis permittatur, innoxiusq;. Ferunt ipſi ex injunctâ ſibi pœnitentiâ mundum peregrinantes circuire: Sed fabellæ ſunt: hominum genus, quod uſu compertum eſt, in peregrinatione natum, ocio deditum, nullam agnoſcens patriam: Ita circuit Provincias, furto, ut diximus, fœminarum victitans: Canino ritu degit: nulla religionis illi cura: in diem vivit: Ex Provincia demigrat in Provinciam: Per aliquot annorum intervalla redit: ſed multas in partes ſcinditur: ut non iidem in eundem facilè redeant, niſi per longa intervalla, locum. Recipiunt paſſim & viros & fæminas volentes in cunctis provincijs, qui ſe illorum miſcent contubernio. Colluvies hominum mirabilis, omnium perita lingvarum, ruſticæ plebi gravis imminens: ubi foris illa laborat in agris, hi ſpolijs invigilant caſellarum. Hæc Albert. CRANTZIUS *Saxon lib. 11. c. 2. pag. 779. & ſeq.* Plura de Zigeunis vid. in CL. Dn. *Joh.* Chriſtoph. BECMANI *Hiſtor. Orbis Terrar. Geograph. & Civ. cap. 9. ſect. 4. num 4. pag. 231. ſeq.* Peculiari etiam ſcri-

pto Historico-Politico ipsos prosequi dignatus fuit Nobiliss. *Jctus*, Dn. Ahasverus FRITSCHIUS, Studij mei juris publici & privati primus in Academ. *Jenensi* ante triginta annos Formator felicissimus, de *Zigeunis*. Tandem Præsul noster, elapsis triginta annis, Episcopus *Hildesheimensis* A. C. 1425 factus est. Ubi Præsulatui 26 annis etiam præfuit, vid. Albert. CRANTZII *Metropol. lib.* 11. *cap.* 28. *pag.* 776. *seq.* In cujus locum Camini mox successit *SIGFRIDUS* Bock/Patriâ *Stolpensis*, de quâ mutatione Albert. CRANTZIUS Sax. *lib.* 11. *cap.* 11 *pag.* 793 sequentia refert: Quo tempore *Johannes* Episcopus Hildesemensis laborum pertæsus, cum ætate ingravesceret, Comes ipse de Hojà natus, Episcopatum suum in manus summi Pontificis permisit, in favorem Magni, Ducis Saxoniæ, jam dudum Episcopi Caminensis. Vtriq; jam ante convenerant, quantum æris promptû solveret Magnus, quantumq; annuû ad *Johannis* vitam redderet: & utriq; missis ad summum Pontificem Martinum his de rebus Oratoribus, rem consumarunt. *Jam Ericus*, Daniæ Sveciæ & Norwegiæ Rex, atq; Pomer. Dux, apud Magnum perfecit, ut Ecclesia sua Caminensis Successorem haberet, quem ille voluisset, *Regis Cancellarium*. Quæ omnia legitimis apud Pontificem mandatis, & Principum instantijs, sunt perfecta. Hic sibi traditam ab Antecessoribus controversiam acrius persequitur & procuravit non solum ut Anathema Papale renovaretur, verum etiam ab *Imperatore Sigismundo proscriberetur cum Matre Bogislaus* Filius in Concilio Basileæ congregato. Tandem res composita est, & certa Transactionis capita conscripta sunt A. C. 1435. quibus confirmata sunt, quæ jam inter Ericum Regem, tanquam indubitatum Patronum, & inter Episcopum Sigfridum, Stargardiæ constituta fuerant. Apparet ex præcedentibus & sequentibus, Clerum qui Principes Seculares & terrarum Dominos populumq; universum ad pietatem, justitiam castitatem & Virtutes reliquas excitare debebat, ipsum impietatis, iniquitatis impudicitiæ & avaritiæ luto ad verticem usque immersum hæsisse, ceu Autor *Fasciculi de Tempore*, de hoc tempore testatur, ut graphicè illius seculi mores quidam in sequentibus descripserit.

Prælati Ecclesiarum
Habent dolum valde carum,

Nam

Nam per dolum præbentantur,
Et potenter dominantur.
Æstimo pro sensu meo
Quod præbendas non pro Deo
Purè dant: sed mos est sibi
Da mihi nunc, dabo tibi,
Sic ad invicem colludunt,
Atq; Pauperes excludunt,
Qui redonant illis datur,
De Egenis non curatur.
Item qui in Claustris degunt
Juxta normam se non regunt,
Quam Patres instituerunt,
Sed quæ vetita sunt quærunt.
Vestes deferunt Claustrales,
Sed in mente non sunt tales.
Namq; sub religiosa
Veste, latet mens dolosa.
Rixas, lites & rancores
Habent inter se majores,
Monachi & Moniales
Quæ per sonæ nundinales.
Qui vult Satanæ servire,
Claustrum debet introire.
Mali cogunt ibi bonos,
Ut cantent eorum tonos.
Puto verò quod prodesset
Si in mundo nullus esset
Monachus vel Monialis,
Sive Secta Beginalis.
At totius Mundi Status
Est in malum commutatus. &c.

Bernhardus MORLANENSIS, Monachus Cluniacensis, qui eodem claruit seculo, quo Otto Bamberg. Episcopus & Pomeranor. Apostolus

lus *lib. 3. de Contemtu Mundi lit.* F. 7. etiam eleganter corruptos illos mores versibus notat, quos Dn. L. Valer. JASCHIUS ex parte affert *in Observat. Histor. Andreæ Abbat. Bamberg. pag. 466. & seqq.* ideò eos hic repetere nolo. Incidit in hæc tempora *Cleri Populiq; Colbergensis* truculenta dissensio.( quæ à Marino Episc. in Diplomate quodam A. C. *1481.* atrox bellum vocatur )ubi fervor partium eò excrevit, ut aliquot viginti annorum spatio sopiri vix potuerit. quam hûc ab ovo, quod dicitur, repetere nimis prolixum foret, videantur de eâ Albert. CRANTZ. *Wandal. lib. 12. cap. 29. pag. 281.* Martin. CROMER. *de Orig. & Reb. gest. Polonor. lib. 25 pag. 377.* Salomon NEUGEBAUER, *Histor. rer. Polon. lib. 6. pag. 372.* Dan. CRAMER. P. K. H. *lib. 2. Cap. 44. pag. 111.* Joh. MICRÆL. *Pomer. lib. 3. cap. 78 pag 422.* Joh. BUGENHAGEN *lib. 4. Chron. Pom. MSS ad A. C. 1463.* Valent. von EICHSTET *Annal. Pom. MSS. ad A. d.* Nicl. von KLEMPTZEN *lib. 2. MSS.* von den neuen Pommern und Rügianern *pag m. 555.* ex quibus & alijs MSS. historiam hanc congessi in *Annal. meis Colbergens. ad A. C. 1462.* Ad rei memoriam Tabula lapidea suspensa est in Portâ, quæ adhuc nomen à fabris ferrarijs (Pfan- Schmiede Thor ) retinet, inscriptione Richmicâ, quam servatâ Pomeranorum Orthographiâ, huc pono:

Na der Bort des HErrn M°. CCCC. XLII Jarn/
Hertoch Bugghezlaff mit sinen Vedderen unde Stighte Colberch Viende warn /
De Papen dreven dat nicht recht/
Dat Soltberch/ Havene worden slicht/
Dit Dore wi mosten buwen/
Dat makede ere Untruwen/
Darna hebben Se gestan /

Col-

**Colberch scholde so vorgahn/**
**Got dit Unrecht van uns wende/**
**Nicht ghelovet en/ darmede en ende.**

Tabula hæc cum lapsum minaretur, A. C, 1662. in Curiam; & inde in Bibliothecam publicam delata est, ubi asservatur. De voce Pape vel Pfaffe/ item Pfaffheit/ quod in bonum sensum accipiatur à Veteribus tradit Christophor. LEHMAN Speyer. Chron. *fol. 723.* & habemus heic Colbergæ Plateam Sacerdotum, die Papen-Strate/ ubi bonam admittit interpretationem. Præfuit Præsulatui Sigfridus 21. annis, & Successorem XXI. nactus est A. C *1446 HENNINGUM* Iven, itidem Stolpensem, cui à Clero electo suffectus est *ChorEpiscopus Albertus à* Sidowen. Hoc ipso decimum annum Episcopalem sedem ornante A.C. 1456 *à VVartulao Duce* fundata est *Academia Gryphisvvaldensis*, quam Fridericus III. Imperator & Calixtus III Pontif. Rom confirmarunt, constituto *Cancellario Academiæ* Episcopo nostro. Nomina omnium Procancellariorum, Rectorum & Brabeutarum nec non Promotorum in Academia Gryphiswald. qui desiderat, adeat Hinrici WENDLAND *Catalog. ab anno fundation. ad A. C. 1655* congestum & editum. *Joach. Joh.* MADERUS in *Centur. Scriptorr. insignium, qui in Lipsiensi, VVittenb. & Francoford. Academiis usq; ad A. C. 1515. floruerunt, num 8. refert*, quod *Theodoricus Stephanus*, Colbergensis, Magister & Doctor Theologiæ, Lipsiâ (ubi A. C. 1457 Professor Public. & Facult. Philosoph Decanus fuit teste Zachariâ SCHNEIDER *Chron. Lips. lib. 6. pag. 335*) evocatus fuerit, ad erigendum, corrigendum Studium Gryphiswaldense. Quo ubi pervenisset, *propriis expensis Pædagogium* inibi exstruxit, scripsitq; multa. Et è citati WENDLAND *Catalogo* constat, eum A.C 1459. Fac Philos. Decanatus & A.C. 1473 Procancellarij officio functum; iisq; muniis post modum sæpius cum honore præfuisse. vid. *Colberga mea Togata in Præfat. pag. 4 & 5.* Diem suum Episcopus clausit extremum A. C. 1472. *LUDOVICUS*, Comes ab Eberstein/ Dominus in Neugarten XXII. Episcopus, Albertum à Sidow

etiam Chor Episcopum habuit. Nil memoratu dignum fecisse legitur. Post Septennium, ductâ uxore, Walpurgâ, Comitissa à Lohnstein/ Episcopam resignavit A.C. *1479. MARINUS* de Fregeno (quem quidam Martinum de Trigovio, vel Stegeno, sed perperam vocant.) Sacræ Theologiæ Doctor, è Cataloniâ, à Papâ Sixto IV. commendatus, à Capitulo electus & à Bogislao Duce A.C. 1480 confirmatus est. Hic concitato in sese *Clericorum Camminensium & Colbergensium* odio, Gryphiswaldiæ lapidibus petitus, Romam unde venerat aufugit A.C. *1481*, animam efflavit avaram A.C. 1488. Tradiderat contra Pacta perfidus Marinus Episcopatum alteri conferendi pontifici Rom. hic verò Cardinali cuidam, qui eundem vendidit Doctori *BENEDICTO*, Baroni Bohemo & Moravo à Wallstein/ hic A.C. 1486 confirmavit Privilegia & Possessiones Canonicorum Ecclesiæ Collegiatæ Colbergensis. *Synodum Stargardiam* A. C. 1492 convocavit, maximè contra Clericorum Concubinas, earundemq; in vestitu luxuriem, weil die Huren so dreist wurden/ das Sie im köstlichen Tuche und silbernen vergüldeten Gürteln sich öffentlich unter ehrliche Weiber stellen dürfften. Cum non satis idoneus esset muneri, & jam Martinum Carithum *Coadjutorem* A.C. *1496* accepisset, posteà ipsum Episcopatum, acceptâ certa pecuniæ summa, ei concessit, pœnituisse tamen eum facti ferunt & propter id Romam iter ingressum Oeniponte vitâ excessisse. Doctor *MARTINUS* à Carith, Patritius Colbergensis nobilis, vid. Nicol. à KLEMPTZ *Chron. MSS.* von den Pommern und Rügianern *lib. 3. pag. m. 716* XXV Episcopus Camminensis A.C. *1498* factus est. E vetustioribus membranis apparet, eum jam A. C. 1481 Archi-Diaconum Arnswaldens., Capituli Colberg. Cantor. atq; Canon. Stetin. simul fuisse. A.C. *1487*. Theologiæ et Decret. Doctor in Academiâ Gryphica creatus est. Eodem anno Rector magnific. fuit ibidem, mox Decanus Capituli Colbergensis deniq; Præpositus atq; Ducis Bogislai Magni Consiliarius & Cancellarius A.C. *1495*. Orator & itineris Comes in Palæstinam terram sanctam A.C. *1496*. Episcopatus Camminensis Coadjutor eodem. Episcopus A.C. *1498*, quo anno, die Luciæ Colbergensium Privilegia confirmavit homagiumq; ab eis accepit, A.C. *1500*.

Syno-

Synodum generalem Stetini ad Oderam instituit. Vid. *Colbergamea Togata Sect.* 1. *pag.* 7. Suis sumptibus *Templum Cörlinense*, in quo oppido tum fuit *Sedes Episcopalis* A.C. 1510 extrui curavit, in cujus operis memoriam in ipso Templo hi versus ascripti adhuc leguntur.

Anno milleno, quingenteno duodeno
MARTini præsens hæc est Ecclesia structa
Præsulis impensis Karith cognomine dicti.

*Templum Gültzovviense* etiam suis impensis exædificari jussit, & ubiq; sedulus in officio fuit, prout *Joachimus* EDDELING, Eccles. Camminens. quondam Pastor, *in Carmine*, quod in honorem investituræ illustriss. Ducis Casimiri, Camminensis Episcopi A. C. *1574* edidit, eum laudat versibus sequentibus:

Quem Colberga tulit Martinum clara Carittum,
Hujus * Successor non sine laude fuit.
Templa Dei ædificat, collapsaq; castra restaurat,
Pastor ad extremum sedulus usq; diem.

* Benedicti.

Quamvis eruditissimos quoq; ingenio imprimis nimium confidentes, quandoq; peccare suo exemplo docuerit, uti ab eo factum in causa *Simonis à Loden*, de qua prolixè scripsi in *Annalibus meis Colberg. ad A. C.* 1515. Cum jam esset ætate grandior, Papa A.C. *1518* *VVolffgangum, Comitem ab* Eberstein/ Episcopum nominavit. Sed Bogislaus Dux nunquam in eum consensit. Abiit de Scenâ Martinus Episcopus A.C. 1521 d. 26. Novembr. De hoc Episcopo Valerius HERBERGER 1. Theil der geistl. Traurbinden in der 15. Predig/ pag. 350 sequentem habet relationem. D. Possier hat in einer Wochen-Predigt zu Wittenberg diese Geschicht erzehlet: Als das Evangelium kaum drey Jahr in Sachsen geprediget worden/ erschallet es in Pommerland/ da spricht ein alter Bischoff: **Behüte GOtt/** das diese böse Männer nicht hieher kommen. Wenig Zeit hernach kommen zwey Prediger von Wittenberg in das Land/ und lehren das Evangelium nur in Häusern/ da spricht einer: **das ist nicht gut/** werden Sie uns nahe kommen/ so wird Pommern Evangelisch

wer-

werden. Alß Sie nun einen Monath in Pommern gewesen/ reisen Sie und kommen auff des Bischoffs Gräntze / Sie predigen wol nicht/sondern sagen nur von der Lehre. So bald es der Bischoff erfähret/ erschrickt er/und spricht: **Nun ists mit unser Lehre geschehen/** wird plötzlich kranck und stirbet dieselbe Nacht. Hæc Episcopatûs Camminensis ætas habuit Viros virtute, doctrinâ atq; eruditione præcellentes plurimos, inter quos eminebant Georgius à Schlaberndorff/ Ordinis *Johannitarum* Magister, Wernerus von der Schulenburg/ Georgius Kleist / Cancellarius, hi cum Bogislaus M. in *Palæstinam* iter institueret, Pomeraniam prudenter & feliciter gubernarunt. Dav, CHYTRÆVS *Saxon. lib. 1, pag. 8.* Johannes à Kitzscher / *J.* U. Doctor & Interpres, Colbergensis & Aldenburgensis Ecclesiarum Præpositus, ac Nuenburgensis Canonicus, utriusq; Collegij Bononiensis Academiæ Rector, Philosophus, Orator, Poëta nec non Historiographus omnium peritissimus, Apodemicus exercitatissimus, magnæ eloquentiæ & utilitatis opuscula conscripsit & edidit, quæ recenset *Autor Anonymus Scriptorr. Insign. Lipsiens. VVitteberg. Francof edit. Joach. Joh. Mader num. 92.* Erasmus Pudewilß/ terræ Episcopalis Advocatus (Stiffts-Voigt) Paulus Damitz / Otto à Manow/Petrus Wernerus, Valentinus à Stoyentin/ *J.* V. D. Ioachimus Plate/ I. V. D. Rotæ Notarius, Cathedralis Ecclesiæ Camminensis Scholasticus & Colbergensis Præpositus, qui postmodum Romæ A. C. 1526. ætat. 44. vitâ excessit. Vid. Laurentii SCHRADERI *Monument. Italia lib. 2. pag. 143.* ubi Epitaphium ei positum exhibet atq; *Colbergmeam Togat. Sect. 1. pag 9.* Erasmus Manteuffel/ Eggerdi de Poltzin Filius, *Juris* Cæsarei Licentiatus in gloriosa Studiorum Matre Bononia A. C. 1503. d. 16. Novembr. promotus, Clericus Caminensis Diocesis, Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ B. Mariæ Virginis Colbergensis, Georgii Ducis Studiorum Formator, omnes Bogislai M. vel Episcopi Consiliarii fide probati & pleriq; superstites. Horum postremus *ERASMVS* Manduuel/ (ceu vetustiores membranæ omnes nomen hujus familiæ, qui etiam Barones von der Overne fuerunt, rectius scri-

ſcribunt.) anno ſequenti, è Saxonia redux, ubi Georgii Ducis ſui Legatum egerat, legitimè ſucceſſit in Præſulatu Martino. Pribislaus Kleist/ Canonicus & Cancellarius Camminenſis, in *Oratione inaugur.* laudat eum, quod magno ſplendore, magna doctrina, magna eruditone, magna proceritate, inſigni deniq; pietate præditus fuerit, &c. Sifridus Güntersberg/ ſequenti acclamatione eum honoravit:

Illuſtret Veterum quosdam generoſa propago
  Pullulet unde ſeges poſteritatis ovans:
Tu Decus egregium, tu ſtemmata jungis amicis,
  Antiſtes celebris gloria prima tuis.
At genus illuſtre rèferens generoſior ipſe
  Moribus, & placitis fac tua vita quadret.

Hujus tempore veritas Evangelii illuxit, quæ etiam mentem Epiſcopi à ſuperſtitione Pontificia tandem convertit, quamvis diu ejusdem acerrimus propugnator eſſet. Quomodo *Reformatio* hoc tempore in Pomeraniâ noſtrâ proceſſerit, prolixum nimis foret hic enarrare. qui deſiderat, adeat *Jacobi* Auguſti THUANI *Hiſtor lib. 20* Davidis CHYTRÆI *Saxon. lib. 10*, Ioh. MICRÆLII *Syntagma Hiſtor. Eccleſ. lib. 3. Sect. 2. pag. 717 & ſeqq. atq; Hiſtoriales Pomeran.* paſſim. A.C. 1541 *Stetinenſe Pædagogium adornatum eſt. ejusmodi* ſcil. *Schola* (ſunt verba Conſtitutionis veteris) *quæ pietatis & eruditionis parens, Eccleſiæ Seminarium, & Rerump. in toto Ducatu eſſet armamentarium, eaq; de reditibus, qui fuerant Eccleſiarum Collegiatarum B. Virginis & S. Ottonis, ita inſtructa, ut inter Scholam puerilem, & Academiam medio haberetur ſtatu.* Ejus ab initio ad noſtra usq; tempora *Rectores* fuêre ſequentes: I. M. Antonius Waltherus, Rhenanus. antea A.C 1539. Profeſſor Publ. in Academia Gryphica. II. M. Caſparus Landſidelius. III. M. Matthæus Wolffius, Stargardenſis, poſteà Theol. Doctor & Profeſſor publ. in Academ. Gryphisw. A.C. 1570. Hujus Rectoris tempore initium *Bibliothecæ* publicè colligendæ Stetini factum eſt ſtudio Petri Artopæi, Cōslinenſis, Scholæ Senatoriæ Rectoris, poſt ad B. Virginis Paſtoris. IV. Ionathan Gutzlavus, poſteà Sereniſſimi Ducis Holſatiæ Cancellarius. V. Martinus Rhūlius. VI M. Conradus Bergius, Colbergenſis, vocatus A. C. 1578, ante id Eloquentiæ Profeſſor in

Academia Witteberg. posteà Theol. Doctor & Pastor ad D. Mariæ Stetini A.C.1589 Vid. *Colberga. Togat. Sect. 1 pag. 14.* VII. M. Salomon Gesnerus, ad Rectoratum è Silesia revocatus, cum in Prælectionibus & Disputationibus publicis quorundam errores confutaret, turbari omnia cæpêre, propendebant in D. Conr. Bergium & M. Ioachimum Stichium, ejus in templo Mariano & Pædagogio Collegam, pleriq; Aulicorum: & Gesnerus non sine ignominia dimissus, atq; Stralsundij primò, mox Wittebergæ receptus, nec non Professor & Theol. Doctor creatus, salutarem operam Ecclesiæ Christi impendit. *Iohannes Fridericus Dux* Stetini, tandem se deceptum sentiens, Synodo A.C. 1593 convocata inter alia inquirere jussit, *an Gesnerus justis de causis esset dimissus:* Hic palam Stichius erroris convictus & loco motus est. vid. *Joh.* MICRÆL. *c. l. pag. 767.* Dn. L. Conrad- Tiburtij RANGONIS, Stetin. ad D. Nicol. Pastor. Fratris mei Germani cordicitus dilecti, *Histor. Syncretismi part. 2. Sect. 46. pag. 1113. & seqq. Ejusd Hæreticor. Obex Form. Conc. lib. 2. Quæst. 12. pag. 369.* VIII. M. Daniel Cæsar. IX. Christophorus Butelius, Kyricensis Marchicus, S. Theol. Doctor, à Profess. Thoruniensi ad Rectoratum Pædagogii vocatus A. C. *1601.* Ad D. Nicol. Pastor Stetin. A.C. *1607.* Eccl. Lubec. Superintendens vocatus A.C. *1611.* obijt eod. d. 25. Decemb. ætat. 41. X. M. Christophorus Hunichius, vocatus A.C. *1608.* denatus A.C. *1622.* XI. M. Martinus Leuschnerus, Fribergâ Misnicus, ab Eloquentiæ Professione hujus Pædagogij ad Rectoratum vocatus A.C. 1623. piè obijt A. C. *1641.* d. *18.* Iunij, ætat. 53. XII. *J*ohannes Micrælius, Cöslinensis, S.S. Theol. Doctor, anteà hujus Pædagogij Professor, vita excessit A. C. *1658.* XIII. M. Iohannes Georgius Tremellius, è *J*esuitâ Lutheranus. XIV. Andreas Gottfried Ammon, S.S. Theol. Licentiatus. Hoc Rectore Pædagogium in Gymnasium Provinciale mutatum, & de S. Ræ. M. tis nomine CAROLINUM, seu Regium *Gymnasium Carolinum* dictum & A. C. *1667.* d. 24. Novembr. constitutis in universum de novo octo Professoribus omnium Facultatum, Lingvarum & Disciplinarum, apertum est. Vid. *Acta Inaugur. Gymnas. Carolini.* Cum dictus L. Ammon A.C. *1669.* Syncretistica Principia sub prætextu purioris Latinitatis & Philosophiæ Peripateticæ juventuti instillaret, in-

de-

deq; exosus multis fieret, Stetino abijt. XV. M. Martinus Lipenius, Neo-Brandenburg. Marchicus, primùm Gymnasij Hallensis in Saxonia ConRector, hodiè in Imperiali Lubeca Rector. XVI. Iohannes Ernestus Pfuel/ Berlinensis, SS Theol. Doctor, P.L.C. modernus Rector, ante id Philos. P.P. Gryphiswald. Vitâ excessit Erasmus Episcopus A.C. 1544. die 27. *Januar.* & quidem Apoplexia correptus in Præfecturâ Baßl/ hodie Casimirsburg/ Cörlini, sede Episcopali, sepultus, quamvis Polcini monumentum ei erectum cernatur. Vigesimus septimus Episcopus fuit *BARTHOLOMÆUS* Svavenius, Georgij, Consulis Stolpensis, è nobili familiâ, Filius, Barnimi Ducis *Cancellarius*, exclusis Ludovico, Comite ab Eberstein/ quem Philippus Dux, & *Jacobo* à Zitzewitzen/ quem Barnimus volebat. cumq; *Johannes Bugenhagius*, *Julinensis*, Theol. D. *Pastor* & Professor Witteberg. *alter* ille *Pomeranorum Apostolus*, justis suffragijs atq; votis Episcopus designaretur, Præsulatum constanti recusatione, exemplo inusitato, fortiter contempsit: Hic Svavenius non à Pontifice Rom. sed tribus Superintendentibus, præsentibus septem Pastoribus confirmatur & ordinatur. Sed cum Religionis hac mutatione jam anteà graviter offensi essent Pontificij, tum illis tanto magis invisus Episcopus fuit, quod necessitatem cælibatus Clericorum inito Matrimonio, proprio jam exemplo refutasset. Quamobrem quinquennio post, cum *Carolus V.* Electorem Saxonem devicisset, *Philippumq;* Ducem Pom. qui Saxoni tulerat suppetias, ipsum quoq; bello ulturus putaretur, Episcopam ultro resignavit, in qua *MARTINUS* Weiher, de Leba, nobilis Cassubus, Canonicus, qui & ipse Confessionem Augustanam approbavit, illi A.C. 1549 successit, ipse verò prudentiâ suâ porro Rempubl. fideliter sublevavit, istiq; Synodo, quæ A.C. 1555 *de errore Osiandri*, tum irrepente, Stetini est habita, Præses interfuit. Obijt Martinus Colbergæ, quò valetudinis curandæ ergo secesserat A.C. 1556 d. 8 *Junij*, humatus Cörlini, ubi hodienum in Templo oppidano Tumba magnificè exstructa extat, cujus inscriptionem exhibet D. Dan. *CRAMERI* P. K. H. *lib. 3. cap 45. pag 129.* *JOHANNES FRIDERICUS*, *Dux Pomeraniæ*, Philippi Filius, vigesimus nonus Episcopus electus est A.C. 1556. ætatis 15. A. C. 1558, d. 20. April. mortuus est in Do-

Academia Witteberg. posteà Theol. Doctor & Pastor ad D. Mariæ Stetini A.C. 1589 Vid. *Colberga. Togat. Sect.* 1 *pag.* 14. VII. M. Salomon Gesnerus, ad Rectoratum è Silesia revocatus, cum in Prælectionibus & Disputationibus publicis quorundam errores confutaret, turbari omnia cœpêre, propendebant in D. Conr. Bergium & M. Ioachimum Stichium, ejus in templo Mariano & Pædagogio Collegam, pleriq; Aulicorum: & Gesnerus non sine ignominia dimissus, atq; Stralsundij primò, mox Wittebergæ receptus, nec non Professor & Theol. Doctor creatus, salutarem operam Ecclesiæ Christi impendit. *Iohannes Fridericus Dux* Stetini, tandem se deceptum sentiens, Synodo A.C. 1593 convocata inter alia inquirere jussit, *an Gesnerus justis de causis esset dimissus*: Hic palam Stichius erroris convictus & loco motus est. vid. *Joh.* MICRÆL. *c. l. pag.* 767. Dn. L. Conrad- Tiburtij RANGONIS, Stetin. ad D. Nicol. Pastor. Fratris mei Germani cordicitus dilecti, *Histor. Syncretismi part.* 2. *Sect.* 46. *pag.* 1113. *& seqq. Ejusd Hæreticor. Obex Form. Conc. lib.* 2. *Quæst.* 12. *pag.* 369. VIII. M. Daniel Cæsar. IX. Christophorus Butelius, Kyricensis Marchicus, S. Theol. Doctor, à Professis Thoruniensi ad Rectoratum Pædagogii vocatus A. C. 1601. Ad D. Nicol. Pastor Stetin. A.C. 1607. Eccl Lubec. Superintendens vocatus A.C. 1611. obijt eod. d. 25. Decemb. ætat. 41. X. M. Christophorus Hunichius, vocatus A.C. 1608. denatus A.C. 1622. XI. M. Martinus Leuschnerus, Fribergâ Misnicus, ab Eloquentiæ Professione hujus Pædagogij ad Rectoratum vocatus A.C. 1623 piè obijt A. C. 1641. d. 18. Iunij. ætat. 53. XII. *Johannes* Micrælius, Cœslinensis, S.S. Theol. Doctor, anteà hujus Pædagogij Professor, vita excessit A. C. 1658. XIII. M. Iohannes Georgius Tremellius, è *Jesuitâ* Lutheranus. XIV. Andreas Gottfried Ammon, S.S. Theol. Licentiatus. Hoc Rectore Pædagogium in Gymnasium Provinciale mutatum, & de S æ Ræ. M tis nomine CAROLINUM, seu Regium *Gymnasium Carolinum* dictum & A. C. 1667. d. 24 Novembr. constitutis in universum de novo octo Professoribus omnium Facultatum, Lingvarum & Disciplinarum, apertum est. Vid. *Acta Inaugur Gymnas Carolini*. Cum dictus L. Ammon A.C. 1669. Syncretistica Principia sub prætextu purioris Latinitatis & Philosophiæ Peripateticæ juventuti instillaret, in-

de-

deq; exosus multis fieret, Stetino abijt. XV. M. Martinus Lipenius, Neo-Brandenburg. Marchicus, primùm Gymnasij Hallensis in Saxonia ConRector, hodiè in Imperiali Lubeca Rector. XVI. Iohannes Ernestus Pfuel/ Berlinensis, SS. Theol. Doctor, P.L.C. modernus Rector, ante id Philos. P.P. Gryphiswald.. Vitâ excessit Erasmus Episcopus A.C. 1544. die 27. *Januar.* & quidem Apoplexia correptus in Præfecturâ Baßt/ hodie Casimirßburg/ Cörlini, sede Episcopali, sepultus, quamvis Polcini monumentum ei erectum cernatur. Vigesimus septimus Episcopus fuit *BARTHOLOMÆUS* Svavenius, Georgij, Consulis *Stolpensis*, è nobili familiâ, Filius, Barnimi Ducis *Cancellarius*, exclusis Ludovico, Comite ab Eberstein/ quem Philippus Dux, & *Jacobo* à Zitzevitzen/ quem Barnimus volebat. cumq; *Johannes Bugenhagius*, *Julinensis*, Theol. D. *Pastor* & Professor Witteberg. *alter* ille *Pomeranorum Apostolus*, justis suffragijs atq; votis Episcopus designaretur, Præsulatum constanti recusatione, exemplo inusitato, fortiter contempsit Hic Svavenius non à Pontifice Rom. sed tribus Superintendentibus, præsentibus septem Pastoribus confirmatur & ordinatur. Sed cum Religionis hac mutatione jam anteà graviter offensi essent Pontificij, tum illis tanto magis invisus Episcopus fuit, quod necessitatem cælibatus Clericorum inito Matrimonio, proprio jam exemplo refutasset. Quamobrem quinquennio post, cum *Carolus V.* Electorem Saxonem devicisset, *Philippumq;* Ducem Pom. qui Saxoni tulerat suppetias, ipsum quoq; bello ulturus putaretur, Episcopam ultro resignavit, in qua *MARTINUS* Weiher, de Leba, nobilis Cassubus, Canonicus, qui & ipse Confessionem Augustanam approbavit, illi A.C. 1549 successit, ipse verò prudentiâ suâ porro Rempubl. fideliter sublevavit, istiq; Synodo, quæ A.C. 1555 *de errore Osiandri*, tum irrepente, Stetini est habita, Præses interfuit. Obijt Martinus Colbergæ, quò valetudinis curandæ ergo secesserat A.C. 1556 d. 8 *Junij*, humatus Cörlini, ubi hodienum in Templo oppidanó Tumba magnificè exstructa extat, cujus inscriptionem exhibet D. Dan. *CRAMERI* P. K. H. *lib. 3. cap 45. pag. 129.* *JOHANNES FRIDERICUS, Dux Pomeraniæ*, Philippi Filius, vigesimus nonus Episcopus electus est A.C. 1556. ætatis 15. A. C. 1558, d. 20. April. mortuus est in

Domino *Doct. Johannes Bugenhagius*, dictus *Pomeranus*, Paſtor Eccl. Wittebergenſis, Der Pommern Ehr und Ruhm / welcher die Pommerſche Kirchen-Ordnung A.C.1535 gefertiget/ auch die Pommerſche Kirchen/das Königreich Dennemarck und andere Oerter reformiret und den König Chriſtian gekrönet. Epitaphij Inſcriptionem exhibent Gotfrid. SVEVUS *in Academ. VVitteberg.* & Andr. SENNERT. *Athenæ VVitteberg. pag. 163.* Epiſcopi *Julinenſes* & Camminenſes, ab A.C. 1125 usq; in A.C. 1549 electi, ipſi tanquam Landſaſſij, & ſubditi primæ Seſſionis & ordinis cum toto Capitulo Ducibus Pomeraniæ, tanquā Patronis ad juramenta fidelitatis, ſervitia intra ac extra provinciam determinata præſtanda, obligati fuerunt, prout ſupra oſtenſum eſt. Dux verò Pomeraniæ in poſterum eligendus Epiſcopus, hæc omnia & ſingula, quæ Ducibus Pomeraniæ Patronis ab Epiſcopis Camminenſibus, quà fidelitatis homagij, ſervitiorum & comparitionis in Comitijs provincialibus jura quovis modo debentur, peregit per *Locotenentem*, Statthalter/ cum conſenſu Ducis Pomeraniæ regentis & Capituli conſilio rite conſtitutum & approbatum. *Joh.* SITHMANNI, *Idea jur. Epiſc. moderni cap. 3. num. 44. pag. 68.* Inter hos Pomeraniæ Duces primus fuit *Johannes* Fridericus jam memoratus. Quæ ejus res geſtæ fuerint in hoc officio ſacro, tradunt Hiſtoriales Pomer. paſſim. Præſulatui valedicit A.C. 1574 ſumto clavo Regiminis Stetinenſis, quem depoſuerat Barnimus Pius Pomeran. Dux, exijt è vita A.C. 1600. Trigeſimus in ordine Præſul Camminenſis *CASIMIRVS, Dux Pomer. Johannis* Friderici Frater poſtulalatur A.C. 1547. & præfuit Epiſcopatui in annum usque vigeſimum octavum. Cum poſt tempora Martini Weiheri Eccleſiaſtica rejicerentur in *Superintendentes tres, Gryphusvvaldiæ, Stetini & Colbergæ* conſtitutos, ubi trium *Conſiſtoriorum* fundamenta tum jacta ſunt, ab ijs ea expedita ſunt omnia pio ritu, prout hodiè adhuc ſervantur. Poſt abdicationem Præſulatus quinq; annis ſuperfuit. Succeſſorem nactus A.C. 1602 *FRANCISCVM*, Pom. Ducem, Bogislai XIII. Filium. Incidit in hujus Epiſcopi tempora *Jubilæum Lutheranum* A.C. 1617 etiam ab eo celebratum. Anno ſequenti Pedum Epiſcopale cum Sceptro

Du-

Ducatus Stetinensis commutavit. Factâ abdicatione, *VLRICVS* Frater Germanus ei successit A.C. 1618. M. *Junio*, præfuitq; Episcopatui annis quatuor mensibus quatuor administravitq; eum & hereditariam ditionem tantâ laude, quantâ in bono Principe requiritur. In initio Regiminis Metropolim Diæcesis, *Colbergam* inquietam offendit, Civibus, quædam tumultuosius inter se agentibus. Verum hunc motum mirâ dexteritate & felicitate, sine armis, consilio sedavit, autoribus turbarum, in vincula conjectis & ad menses aliquot detentis. Quâ pœnâ contentus, cum spem emendationis superesse animadverteret, nihil asperius in ipsos statuit. Quæ ipsius moderatio & lenitas plerisq; laudata fuit, nonnullis displicuit, qui putarunt sæpius ignoscendo, (nam jam antea Dux & Episcopus Franciscus ipsis in simili delicto ignoverat) contumacium insolentiam augeri, & parcendo malis, noceri bonis. Verum Ulricus initia Regiminis à sangvine auspicari noluit magisq; ex conservatis, quam deletis civibus laudem quæsivit. Luxuriam Subditorum & sumptum immodicum in vestitu & convivijs quo minueret, certas *Leges sumptuarias* per inferiores Magistratus promulgavit: Opificum & Collegiorum crebra Symposia abrogavit. *Monetæ valorem*, qui in immensum excreverat, minuit; precia etiam rerum venalium constituere satagebat, sed morbo & morte præventus opus id perficere non potuit, piè denatus A.C. 1622. d. 31. Octob. ætat. 34. Cum ex tam ramosâ stirpis Ducalis arbore Bogislaus XIV, & mox ultimus Pomeraniæ Dux hujusq; Patruelis Philippus Iulius tantum superessent, atq; Episcopalis dignitas hoc tempore procos haberet plurimos, ambijt enim eandem Viennæ *Ferdinandus Carolus*, Regius è Poloniâ filius, & Romæ Canonicus quidam Salzburgensis, *BOGISLAVS* eligebatur, cui Patruelis *Coadjutor* datus est, sed hoc demortuo, & Bogislao ultimo tunc Pomeraniæ Duce A. C 1632 morbo apoplectico correpto, in turbulento Pomeraniæ, imo totius Germaniæ statu, (cum anteà mente & corpore sanus, Gryphiswald. Academiæ dotem adauxisset, ei proprio motu non tantum prædium Gryphiswaldiæ vicinum *Grubenhagense*, sed etiam universam *præfecturam Monasterii Hildensis*, ut exinde Professores annua sua salaria certa habere possint, cum omnibus pertinentibus, reditibus & fructibus, omni-

niq; jure & dominio, jurisdictioneq; omnimoda, adeoq; cum omni causa donavisset, Matthias STEPHANI *de jure Patronatus part. 2. cap. 4, num. 17 pag. 216.* ) obit A.C. *1637.* d. *10* Martij, atq; A.C. 1654. d. 25. Maji, solennitatibus tanto Principe dignis exequiæ à Successoribus in Pomerania Serenissimis, *Christinâ, Sveciæ Reginâ* & *Friderico VVilhelmo Electore* Brandenburgico ei factæ sunt. Inscriptio *nummi exequialis* hæc erat:

NUMMUS<br>
BXEQUIALIS<br>
OPTIMI PRINCIPIS<br>
BOGISLAI<br>
DUCIS STET. POMER.<br>
EIUS NOMINIS XIV.<br>
ET ULTIMI<br>
NATI 31. Mart. 1580<br>
DEN. X. MART. *1637.*<br>
SEP. 25. Maj<br>
1654.

Alterius lateris inscriptio:

Der Greiffen Baum liegt da ohn Würtzel/Stam und Este/<br>
Es findet sich nicht mehr der Greiff im alten Neste/<br>
Den dreyen Cronen Er und auch dem Scepter weicht<br>
Und ihnen/ Gott geb Glück/sein Pommern überreicht.

Post Bogislai ultimi è vitâ excessum, ejus è Sorore unica Dnâ. *Annâ* Ducissa Nepos unicus A.C. *1632* jam Episcopus designatus Reverendissimus & Celsissimus Princeps & Dominus *ERNESTUS BOGIS-*

LA-

*LAVS, Dux de Croja & Areſchot* Epiſcopatum Camminenſem aliquot annis gubernavit. Hujus tempore Pomerania fuit inter SereniſſimamReginam Sveciæ & Sereniſſimum Electorem Brandenburgenſem diviſa, & poſteà Epiſcopatus in *ſtatum ſecularem* delatus, de qua mutatione mox infra. Et ſic dedimus his pagellis omnes Pomeraniæ noſtræEpiſcopos,ſingulis quæ res maximè memorabiles ſubjecim9. Plura qui deſiderat, adeat Dav.CHYTRAEVM, Dan.CRAMERVM, Ioh. MICRAELIVM, Ioann. SITHMANNVM. Michael.ZVLICHIVM, qui hæc prolixius.Vtautem unointuitu eos diligensLector perſpicere poſſit, conjungemus nomina eorum tabellâ ſequenti:

*EPISCOPI*
*IVLINENSES ET CAMMINENSES*
*in Pomerania,*
*à tempore Fundationis, A. C. 1121.*

I. ADELBERTVS vel Albertus,Ottonis Bamberg. Epiſc. & Pomeranorum Apoſtoli Socius & Interpres.
II. CONRADVS I.
III. SIGFRIDVS. Præpoſitus Capit. Camminenſis.
IV. SIGEWINVS, aliis Sigiſtinus aut Sigismundus.
V. CONRADVS II. Demminenſis.
VI. CONRADVS III. Comes Guzcovienſis.
VII. WILHELMVS, Doctor.
VIII. HERMANNVS, Comes à Gleichen.
IX. IAROMARVS, Princeps Rugianus
X. HINRICVS Wachholt/ Nobilis.
XI. CONRADVS. IV.
XII. WILHELMVS, aliis Arnoldus, Theol Doctor.
XIII. FRIDERICVS ab Eichſtät/Nobilis Pomeranus.
XIV. IOHANNES,Dux Saxoniæ inferioris.
XV. PHILIPPVS Lumbach à Rehberg/Nobilis.
XVI. BOGISLAVS,DuxPomeraniæ.
XVII. IOHANNES, Dux Oppolienſis, aliis ab Apulia.
XIIX. NICOLAVS à Bucco,alias Schippenbeil. (An hic

è fami-

è familiâ *Ditmari*, Merseburg. Episcopi, qui Historiam V. Imper. Saxonic scripsit, satus, inquirant quibus plus ocii est; ego vix dubito, & colligo è dicti DITMARI *lib. 5. pag. 114. Edit. Ioach. Joh. Maderi*, & è Tabula Gentil. Familiæ Ditmari Procemio ibid. additæ. )

XIX. MAGNUS, Dux Saxoniæ inferioris.

XX. SIGFRIDUS à Bock/Stolpensis, Regis Erici Cancellarius.

XXI. HENRICUS Iven. Stolpensis.

XXII. LUDOVICUS, Comes ab Eberstein/ in Neugarten.( hic ductâ uxore stemma propagavit in A. C. 1663, quo ultimus *Ludov. Christoph* d. 3 Decembr obiit & ita in stirpe masculâ desierunt in Pomerania Comites ab Eberstein/ Domini in Neugarten & Massow/ qui Dominatus in feudum dati sunt Serenissimo Dn. *Ernesto Bogislao, Duce de Croja & Arescbot*, quorum literas infeudationis infra dabimus. )

XXIII. MARINUS de Fregeno, Italus. Theol. Doctor.

XXIV. BENEDICTUS, Baro de Wallenstein/ Theol. Doctor.

XXV. MARTINUS à Carith, Colbergensis Nobilis, Theol Doct.

XXVI. ERASMUS Manduuel/ de Polzin/ Nobilis, jur. Cæsarei Licentiatus.

XXVII. BARTHOLOMÆUS Swaven/Stolpensis Nobilis.(Vid. Ioh. MICRÆL. lib. 6. Pom c. 48 p. 528. voce Schwave.)

XXVIII. MARTINUS Weiger/Nobilis Cassubus, in Leba.

XXIX. IOHANNES FRIDERICUS, Dux Pomeran.

XXX. CASIMIRUS, Dux Pomeraniæ.

XXXI. FRANCISCUS, Dux Pomeran.

XXXII. ULRICUS, Dux Pomer.

XXXIII. BOGISLAUS, Dux Pomer. ultimus.

XXXIV. ERNESTUS BOGISLAUS, Dux Crojanus.

*Diu feliciter agat.*

Ut mutatam Episcopatus, hodie secularis Principatus Camminensis faciem paucis delineemus, constat ex Actis publicis, quod Aulæ Pomeranicæ & Provinciæ Primores, Prälaten/ Mann und Städte/ auch

auch nachgelassene Fürstl. Rähte und Officirer / homagii memores, quo se ab obitu Ducum Pomer. in Electoris Brandenburg. potestate futuros spoponderant, morbum mortemq; Ducis ultimi GEORGIO WILHELMO, Electori Brandenburgico A C. 1637 significarint, suum simul consilium, de administranda ad tempus Republ. humillimè suggerentes. Quod argumentum Serenissimus Elector gratiosè accepit, & ex eô à Regina Sveciæ petiit, ut omnes Pomeranorum terræ ei cederentur. Vid. An die Königl. Maj. zu Schweden des H. Churfürsten von Brandenburg abgelassenes Schreiben / wegen Regierung der Lande Pommern / und derselben wieder Antwort *de dato 14. Martij 1637 & 26 Maji eod.* Verum res mansit in eo statu, usq; ad *Pacificationem Osnabrugensem* A. C. 1648. d. 24. Octobr. inter S. Cæsar. & S. Svedic. MMj. initam, in quâ de Camminensibus *Artic.* 10. singulariter cautum verbis: *Quicquid etiam juris in collatione Prælaturarum & Præbendarum Capituli Camminensis ante hac habuerant Duces Pomeraniæ citerioris, habeat imposterum Regia Majest. Regnumq; Sveciæ perpetuò, cum potestate eas extinguendi, redituumq; mensæ Ducali post modernorum Canonicorum & Capitularium decessum, applicandi. Quicquid autem ulterioris Pomeraniæ Ducibus competierat, competat Domino Electori Brandenburgico, unà* cum integro Episcopatu Camminensi, *ejusque territoriis, juribus & dignitatibus, prout infra pluribus explicatur.* Et Artic. 11. sequentia extant: *Regia quoq; Majestas Sveciæ restituat Domino Electori pro se & Successoribus suis hæredibus atq; Agnatis masculis primò reliquam Pomeraniam ulteriorem cum omnibus appertinentiis, bonis & juribus secularibus & ecclesiasticis, pleno jure, tam quoad Dominium utile, quam directum; deinde* Colbergam cum toto Episcopatu Camminensi, *omniq; jure, quod ulterioris Pomeraniæ Duces hucusq; habuerunt in collatione Prælaturarum & Præbendarum Capituli Camminensis, ita tamen, ut salva maneant jura Regiæ Majestati Sveciæ supra concessa, atq; Ordinibus & Subditis in restitutis partibus ulterioris Pomer. Episcopatuq; Camminensi competentem eorum libertatem, bona, jura & privilegia, secundum tenorem literarum Reversalium (quibus etiam Ordines & Subditi dicti Episcopatus gaudere debent, ac si iis directè data essent)*

*cum libero Augustanæ Confessionis Exercitio, juxta invariatam Augustanam Confessionem, absq; ullâ perturbatione perpetim fruendo. circa homagii renovationem & præstationem omni meliori modo confirmet & conservet.* Porro quomodo jus Episcopale nostri Episcopatus inter Reg. Maj. & Regnum Sveciæ & Serenissimum nostrum Electorem sit divisum, & quomodo Prælaturæ conferantur, seu quæ sint *Ordinis, L. Diœcesanæ & jurisdictionis* & cætera huc spectantia, optimè constant è *Recessu limitaneo* (Grentz-Receß) *Stetini A.C.1653. d 4. Maji* consummato, Artic. 24. 25. 26. 27. 28. & 41. hic Recessus, quamvis A.C. 1663. typis evulgatus sit, dictiq; Articuli, præter 28. & 41, in *Joh.* SITMANNI *Idea juris Episcop. mod. cap.12. num. 88. pag. 254. & seqq.* allati, tamen, cum exemplaria ferè omnia distracta sint, eos Articulos hic afferre integros libuit, quamvis chartam non nihil premant.

## ARTICULUS XXIV.

*COEterum, & si urbs Camminensis cum suo territorio, S. Regiæ Maj. ac Regno Sveciæ, ut supra dictum, à sua Seren. Electorali cessa sit, Capitulum tamen Camminense ex dispositione Instr. Pacis ac pacto hæreditariæ unionis Ducum Pomeraniæ nec non vigore præsentis transactionis, utrique commune remanet. Consistit autem ea communio in sequentibus; nempe, in Iure Patronatus, Privilegiorum, Capituli confirmatione, visitatione Ecclesiæ Cathedralis, ac rationum reddendarum examine, revisione ac reformatione Statutorum Capituli, collectarum participatione (vulgò* Steuren*) ex bonis communibus, servitiis Equestribus* (der Roß Dienste) *in quibus utraque ex æquo participat, nisi quod insuper servitia Equestria ratione pagorum* Fritzow *&* Raddak *sacra Regia Maj. cessorum, ab Episcopatu Camminensi, quo antehac spectarunt ad Sacram Regiam Majestatem Regnumque Sveciæ translata sint, ac denique in homagii præstatione, ratione eorum, quæ à Capitulo utrique Patrono conjunctim debentur ac præstantur, salvis servitiis personalibus, ex speciali obligatione ab unoquoque Prælatorum suo collatori debitis, Ratione tamen participationis collectarum, hunc in modum specialiter conventum est; Cum collectæ ex bonis Præposituræ, ad ulteriorem Pomeraniam solam, vi unionis & pacti hæreditarii ab antiquo spectent; bona vero nonnulla dictæ Præposituræ nempe* Kutzelow/ Dußin/ Lancken/ &

& Gauglitz/ *per hanc transactionem territorio regio nunc incorporata sint, ut collecta ex illis bonis juxta normam matriculæ Provincialis, citeriorem Pomeraniam imposterum sequantur; ex bonis vero communibus juxta eandem normam Electorali parti, loco æquivalentis collectæ ex pagis* Ranseberg/ Luchtentin/ Horst/ Lensin/ Schlewin/ Revahl/ Rinichow & Nicklas *vicissim cedant. Prædicta verò communio ad Episcopatum Camminensem, soli Electori cessum, extendi non debet.*

## XXV.

*Quamvis autem à Sacra Cæsarea Maj. ac Imperio vigore, art. 10.* §. Quicquid *&c. nec non art 11. Instr. pacis* §. teneatur idem Dominus Elect. *&c. utrique Patrono post discessum modernorum Canonicorum & Capitularium potestas Capitulum Camminense extingvendi redituusque ejus mensæ Ducali applicandi, concessa sit: Tamen Sacra Regia Maj. necnon Serenitas sua Electoralis salvo acquisito jure, ex singulari gratia & favore (hac tamen expressa lege & conditione, ut Capitulum sese erga Patronos vicissim gratum gerat, nec gravi aliquâ ingratitudine, à toto Collegio collegialiter commissâ semetipsum hâc Regiâ & Electorali gratia & favore speciali indignum reddat) consentiunt, ut dictum capitulum, ratione administrationis, in priori statu, nempe ut ratione statûs, dignitatis, formæ, modi cæterorumque (solâ facultate Episcopum eligendi exclusâ) quæ per fundationem, privilegia ac conventiones acquisivit, juxta normam Statutorum & pactorum hæreditariorum planè idem, nec non utrique parti commune permaneat; Sique in futurum defectus nonnulli exstiterint, ut ii per utrinque deputatos Commissarios, facta intra trium mensium spatium reciproca intimatione, componantur, ac si præter spem ex communione hac inter Sacram Regiam Majestatem ac Serenissimum Electorem lites exortæ fuerint, ut ea vel amicabiliter, Arbitris seu Mediatoribus, pari num. ex Statib. Provincial. secundum dispositionem unionis hæreditariæ Ducũ Pomer. ad id delectis, vel via juris maturè tollantur. Jurisdictionẽ verò civilem ac Ecclesiasticam, nec non jura ordinis ac Legis Diœcesianæ super Capitulum ejusque ministerium Ecclesiasticũ, quod concernit, etsi ex dispositione pactorum unionis hæreditariæ ista omnia ad solum ulterioris Pomeraniæ Ducem olim spectarunt; cum tamen per transactionem hanc limi-*

taneam( cujus intuitu haud exigua pars terrarum ac bonorum, olim ad ulteriorem Pomeraniā pertinentium, atque ita quoque Capituli utriusque territorii facta est ) res in alium statum deducta sit, ad præcavendas in futurum dissensiones super jurisdictione in Ecclesiasticis, Politicis & Appellationibus in sequentem modum transactum est, nempe, primo, ut jurisdictio Ecclesiastica una cum cæteris juribus Episcopalibus sicuti ex transactione Passaviensi & eam subsecuta pace Religiosa, excluso Capitulo ad solos Principes devoluta est, ita imposterum quoque ad Sacram Regiam Majestatem ac Serenissimum Electorem solos ex æquo pertineat, ex more prioribus Ducibus usitato ac præscripto Ordinantiæ Ecclesiasticæ, per utriusque partis consistoria, etiam in Capituli bonis exercenda & administranda. Secundò, ut Capitulum primam instantiam, quam vigore fundationis, privilegiorum & veterum consvetudinum in secularibus, in omnes sibi subjectos ab antiquo habuit, imposterum quoque retineat. Quoad Prælatos verò & Nobiles inter caussas distingvendum est, an illa beneficia Ecclesiastica, quæ ex Capitulo dependent, an verò alias res, utpote contractus, fractam pacem publicam, maleficia, honorem & famam, vitam vel bona feudalia concernant. Hoc posteriori casu Prælati & Nobiles non coram Capitulo, sed Dicasterio primam instantiam obtineant, ac tum quoque sui Magistratus ordinarii, ac Domini feudi forum ratione territorii agnoscere teneantur. Si verò Prælatus bona habeat in alterius Domini territorio sita, ejus forum ratione illorum bonorum sequatur. Tertiò, cum verò Prælatis nonnullis, utpote Præposito, Decano, Scholastico ac Thesaurario in suos pagos & subditos peculiaris instantia & jurisdictio ex gratia sui Collatoris competat, æquum visum fuit, non attento territorio, appellationes, si quæ exstiterint, ad cujusque Prælati Patronum ac Collatorem devolvi. Quartò, si Prælati ac Nobiles, ratione caussarum, in quibus primam Capituli instantiam agnoscere tenentur gravatos se senserint, ita ut appellare cogantur, convenientissimum fuerit, Actorem in personalibus Rei, in beneficialibus Collatoris, in realibus verò forum rei sitæ in persequendo jure suo sequi, ita ut in illis, si Reus vel Regius vel Electoralis Prælatus sit, appellatio ad judicium Regium vel Electorale: in istis ad Dicasterium Collatoris: in his verò ad Dominum territorii, in quo res sita est, dirigatur. Quod & quintò ratione jurisdictionis super ipsum Capitulum, quoad Curias Prælatorum in secunda instantia attendi placuit; Si verò ipsum Capitulum

lum seu Collegium Residentium, ejusque ministros ac Mandatarios ex gestis nomine Capituli, vel actione personali, vel reali, vel ex contractu vel delicto, à privato conveniri contigerit, visum fuit, in actione reali, vel personali ad certam rem instituta, eam coram Domino territorii, ubi res sita est institui: In actione verò merè personali judicium utrique parti commune per utrinq; Delegatos exerceri. Si autem causa concernat contractum vel delictum, vel in ipsa sede Capituli communi, vel in curiis Prælatorum inter privatos initum vel commissum; priori casu prævent io, tanquam in re communi habebit locum posteriori verò, locus contractûs vel delicti attendendus erit, ita si contractus vel delictum in curia Regii provocatio ad Regium; Si verò in curia Prælati Electoralis celebratus vel perpetratum sit, ad Electorale Dicasterium dirigatur. Sextò placuit, jurisdictionem Ecclesiasticam ut & ea, quæ pertinent ad jura ordinis & Legis Diœcesanæ (extra Ecclesiam cathedralem) juxta distinctionem territoriorum dividi, ita ut omnes Ecclesiæ, Pastores & Ministri Ecclesiarum, nec non res Ecclesiast. in iis locis, quæ in territorio Regio sita sunt, Regium Consistorium ac Superintendentem Ac vice versâ, omnes Ecclesiæ, ministri ac res Ecclesiasticæ in iis locis, quæ Electoralis territorii sunt, Electorale Consistorium ac Superintendentem solummodo agnoscere teneantur, atque Synodi seu diœceses juxta eam divisionem formandæ veniant. Septimò pariter in cæteris quoque respectu Prælatorum & Nobilium supra non exceptis. Quoad civilia & criminalia in secunda instantia, destinctio territoriorum observari, ac persona Rei attendi debet; Ita ut ad ejus Principis forum, sub quo domicilium Reus habet, appellandum sit. Octavò, ne quid autem præjudicii vel confusionis circa distinctionem Prælatorum in executionibus cuique parti oboriatur, convenit, omnes executiones (exceptis in quibus res extra capituli territorium, sita est, ubi ordinario Dicasteriorum exequendi modo standum) ad Capitulum remitti, ut per ejus executorem, nomine tamen Principis, à quo sententia lata est, effectui mandentur.

## XXVI.

Porrò etsi ex pacto veteris hæreditariæ divisionis, utriq; tam citerioris quàm ulterioris Pomeraniæ Duci, utpote fratribus, cognatis ac propinquis, ex lege hæreditaria sibi succedentibus, præter jura capituli, etiam alia multa fuerint communia, ea tamen communio in longè alium statum nunc deducta est A-

*more enim ac studio concordiæ firmandæ, Serenissimus quidem Elector jam ante Osnabrugensia pacis universalis pacta, nunc verò utraque pars junctim per hanc transactionem, omnibus ac singulis, quocunque nomine ac titulo veniant juribus communibus, respectivè in citeriori vel ulteriori Pomerania locisque annexis, Sacræ Regiæ Majestati cessis, nec non Episcopatu Camminensi, Ducibus Pomeraniæ hactenus sive ex pactis hæreditariis sive aliàs ultroque citroq; competentibus expressè ac si nominatim hic enumerata essent, renunciat reciprocè, & quidem sua Serenitas Electoralis simpliciter, nullâ planè communione ullius rei vel juris in loca Regno Sueciæ cessa sibi vel posteris suis reservatâ, Regia verò Majestas cum temperamento ac reservato communionis in Capitulo Camminensi, nec non eventualis homagii & successionis in ulteriorem Pomeraniam & Episcopatum Camminensem, de quibus Articuli partim antecedentes partim sequentes pleniùs disponunt.*

XXVII.

*Reservata ergo est Sacræ Regiæ Majestati ac Regno Sueciæ præter dimidiam Camminensis partem supra exceptam ac descriptam, in casum deficientis lineæ masculæ domus Brandenburgicæ, simultanea investitura in ulteriorem Pomeraniam & Episcopatum Camminensem, huicque connexum eorundem ordinum eventuale homagium, Sacræ Regiæ Majestati ac successoribus Regnoque Sueciæ præstandum. Circa illius verò receptionem cum more solito procedi debeat, sequens ordo observandus erit, ut scil. Serenissimo Electori Brandenburgico post conventionem amicabilem super omnibus minutiis per instrumentum pacis isthuc remissis, plenariè factam in termino jam ante definiendo, Ducatus ulterioris Pomeraniæ nec non Episcopatus Camminensis cum omnibus juribus secularibus & Ecclesiasticis, tam quoad Dominium utile, quam directum, pleno jure ex dispositione dicti instrumenti restituatur. Quo facto, Serenitas sua Electoralis post adeptam plenam Ducatus & Episcopatus prædicti possessionem peractasque ultimi Pomeranorum Ducis familiæ jam extinctæ exequias, absque ulla interposita mora, certum provincialis homagii terminum constituat, illumque tribus ante mensibus Sacræ Regiæ Majestati literis quidem eidem inscriptis, ad Regimen tamen ejusdem Pomeranicum transmissis denunciet, & ad modum olim inter Serenissimos Electores Brandenburgicos & Duces Pomeraniæ usitatum, præsentibus Regi-*

is

is Commissariis, datisque Ordinibus ac Statibus ulterioris Pomeraniæ ac Episcopatus Camminensis (inclusis etiam bonis Johannitici Ordinis, in dicta ulteriori Pomerania) acceptisque ab iisdem mutuis Reversalibus, juxta formulam hactenus observatam, circumstantiis tamen præsentibus accommodatam, homagium ab iis recipiat. Quod etiam imposterum existente mortalitatis casu, quem Deus diutissimè avertat, à Successore defuncti Electoris quoad notificationem termini & adjunctionem Commissariorum Regiorum de casu ad casum perpetuo observandum est. Ita tamen ut prius pacta, hâc de re confecta utrinque ante homagii præstationem renoventur, & Successoribus Statibusq; unà cum Reversalium literis de verbo ad verbũ renovatis extradantur: Inde, obtento ab Imp. termino investituræ renovandæ, is similiter 4 antemensibꝰ Sacræ Regiæ Majestati Sueciæ, ad modũ supra dictum, à sua Serenitate Electorali significandus est, quo Sacra Regia Majestas suos, solitas circa recipiendam simultaneam investituram per contactum vexilli solennitates peragendũ maturè satis ad aulam Cæsaream ablegare, simultaneamque investituram super Ducatu ulterioris Pomeraniæ, Episcopatuque Camminensi solito more recipere possit, prouti hæc & quæ porrò huc spectant, peculiari conventione inter Sacrã Regiam Majestatem & Serenissimum Dominum Electorem pluribus determinata ac definita sunt. Cæterum etsi Sacra Regia Majestas circa investituram Cæsaream hac quoque vice à Serenissimo Electore recipiendam eundem ordinem servari oportere censuerit, postquam tamen sua Serenitas Electoralis investituram jam ante ab Imperatore, præstito homagio, sibi collatam ac nihil nisi adplicationem ejusque ad partes ulterioris Pomeraniæ & Episcopatum Camminensem, per instrumentum pacis & hunc tractatum sibi restituendas (exclusâ reliquâ Pomeraniâ Regiæ Maiestati cessâ) speciali diplomate absque reiteratione homagii expressam desiderari; hocque totum absque ullo Sacræ Regiæ Majestatis, ejusque Successorum ac Regni Sveciæ præjudicio (utpote quibus nihilo secius investituræ Cæsareæ nec non eventualis ordinum ulterioris Pomeraniæ ac in secularem statum redacti Episcopatus Camminensis, homagii receptio, etiam pro præsenti reservata sit) fieri posse asseverasset, adductisque rationibus demonstrasset; Sacra Regia Majestas studio concordiæ stabiliendæ non ultra insistendum, sed sibi acquiescendum existimavit; Cum hac tamen expressâ lege ac reservatione, ut sibi integrum sit (prout & convenit) investituram eventualem in ulteriorem Pomeraniam & Episcopatum Cammi-

nen-

*nensem ab Imperatore, uti & homagium simultaneum ab Ordinibus dictæ ulterioris Pomeraniæ & Episcopatus Camminensis, non minus hac vice ac pro præsenti, quam Successoribus suis ac Regno Sueciæ imposterum recipere, ac Reversalibus Ordinum sibi firmare, observando circa homagii receptionem nunc & imposterum ea, quæ supra determinata inveniuntur.*

XXVIII.

*Ne verò ob simultaneam Investituram respectu administrationis Ducatus ulterioris Pomeraniæ & Episcopatus Camminensis ulla difficultas imposterum oriatur, conventum est: Ut, quemadmodum Serenissimus Dominus Elector in se recepit administrationem Ducatus & Episcopatus, tam quoad bona, quam jura, non aliter, quam ad normam Privilegiorum ac Recessuum Provincialium, nec non constitutionum Imperatorum se exerciturum; ita Sveciæ Regia Majestas sese vicissim declarat, nolle se Serenissimo Domino Electori in Juribus suis, per ulteriorem Pomeraniam & Episcopatum Camminensem, jam extinctum & in feudum seculare conversum exercendis, ante existentem casum ullâ ratione modum præfinire, aut impedire. . . . . . .*

XLI.

*His omnibus ita conventis, ac respectivè effectui datis, Sua Regia Majestas Serenissimo Electori Pomeraniam ulteriorem ac Episcopatum Camminensem, cum suis metis ac terminis, nec non adpertinentiis, Bonis ac Juribus, Secularibus & Ecclesiasticis omnibus, quibus in Instrumento Pacis & hoc Recessu descripti inveniuntur, in specie verò tormenta bellica, ad urbem Colbergam spectantia ac tempore belli non abducta, (in abductorum tamen locum ex favore tria tormenta majora (vulgo* Halbe Carthaunen*) & duo minora, (*Ein Pfündige*) ibidem nunc præsentia, de suo urbi donat ac relinquit,) pleno jure, tam quoad Dominium utile, quam directum, restitui faciat, salvo Suo ac Regni Sveciæ Jure eventualis Successionis per omnia: sub hac tamen expressâ lege & cautione, ut Diploma Cessionis partium Regiarum Electorale, ad eam formam, super qua inter Commissarios Regios & Electorales convenit, reductum, & à Serenissimo Domino Electore in char-*

ta

*tâ pergamena subscriptum ac subsignatum, nec non Ratificatio Electoralis hujusce Recessus ac Compositionis in originali itidem in charta pergamenâ à Sua Serenitate Electorali subscripta & subsignata. simul cum reciproca extraditione Ratificationis Regia dicti Recessus ac Conventionis in charta Pergamena à Sacra Regia Majestate subscripta, ac subsignata ac restitutione supradicti Ducatus Ulterioris Pomer & Episcopatus Camminensis, in manus Dominorum Commissariorum Regiorum tradatur ac consignetur &c.* Hoc denique ex *Artic. 22. Recess. Limitanei* de Præpositurâ Colbergensi, vulgò Colbergische Probstey Tramm addendum, verbis: *In specie Sacra Regia Majestas huce cedit Sua Serenitati Electorali jus conferendæ Præpositura Colbergensis, qua vigore Pactorum hæreditariorum hactenus Ducibus Citerioris Pomerania competierat.* Cum sic Pactis inter Reg. Majest. Sveciæ & Serenissimum Electorem Brandenburg. 4. Maij A.C. 1653 conventum & realis traditio facta *Colbergaq; Regimen Electorale* institutum esset, *Stargardiæ* d. 19. Iulij A.C. 1653. Electorales Commissarii, *Johannes Fridericus* à Löben, Baro, Ordinis *Johannitarum* Eques, Fridericus Runge / *J.U. D.* Cancellarius, *Jacobus* ab Heidebreck / Ducalis Aulæ in Pomeraniâ Electorali Supremus Capitaneus (Schloß Hauptmann) & Georgius Andreas à Thun / Electorales Consiliarii respect. intimi & Regiminis cum Statibus Provincialibus convenerunt, ubi A.C. 1654. d. 11. *Julij* conclusa per Recessum Provincialem, vulgò Landtages Abschied publicata sunt, in quibus de Episcopatus Camminensis in secularem statum mutatione sequentia præsertim circa Incorporationem, Sessionem & Votum acta sunt, verbis: Weiters ist auch wegen des numehr secularisirten Stiffts Cammin Session und Voti zwischen den Pommerschen Ständen von Prälaten/ Ritterschafft und Städten und ihnen gütliche Handlung vorgenommen/ dabey zwar zwischen den Camminschen und Colbergischen Prälaten anfänglich eine differentz enstanden / welche aber dergestalt componiret und beygeleget worden/ daß das Colbergische Collegium nach geschehener Incorporation und zwar also fortbey gegenwärtigem Landtage mit dem Camminschen Capitulo, so weit

als es zu unserer Hinter Pommerschen Regierung gehöret/combiniret und eine Stimme haben/ iedoch das von dem Colbergischen Collegio, wie für dißmahl/ also ieder Zeit eine Adeliche Person abgeordnet werde/ selbige die Session nicht anders als nach dem Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Camminensis begreiffen und das votum sub ordine ablegen möge. Vid. B. D. Joh. BRUNNEMANNI Consilium 140 de Præcedentia Prælator. & Canonicorum Ecclesiæ Cathedral. & Collegiatæ Colbergens. pag. 883. & seqq. nec non Consil. 141. ibid. in eadem causa à D. Bened. CARPZOVIO conscriptum, pag. 888. seqq. Similiter agit BRUNNEMANNUS ibid Consil. 138. de Condirectorio Capituli Camminensis & Colbergensis, in Comitiis Provincialibus, pag. 870. & de eadem materiâ consil. sequenti 139. p. 875. itidem à CARPZOVIO datum. Die Stifftische Ritterschafft aber ist mit der Pommerschen Stände Erklärung/das nemlich unter ihnen das Alter und die einer ieden Person adhærirende qualitæt, wie solches bishero bey der Ritterschafft des Herzogthums Pommern in observanß gewesen/ solle in acht genommen werden/ vergnüget gewesen/ auch die Session zwischen den Städten Stargard/ Colberg/ Stolpe/ Greiffenberg und Cößlin für diesesmahl dahin verglichen worden/ daß Stargard die erste/ Colberg die andere/ Stolpe die dritte/ Greiffenberg die vierte/ Cößlin die fünffte/ und ferners die übrige Pommersche Städte ihre Stellen und Sessiones nach der Ordnung/ wie sie dieselbe von alters gehabt/ unter sich haben und behalten sollen/ dabey aber die Stat Colberg wieder Stargard/ die Stat Stolpe wieder Colberg/ und sonderlich Treptow und Rügenwalde wieder Cößlin/ sich fernere deduction ihres Rechtens vorbehalten/ welches wir geschehen und zur Nachricht anhero verzeichnē lassen/ und sol auff einkommende fernere deductiones dieses Puncts halber eine beständige gnädige Verordnung erfolgen. De incorporatione nunc extincti inq; seculare feudum collati Episcopatus sequentia disposita sunt. Wie nun darauff ferner der ander proponirte Haubt-Punct/ die Landes Erb-Huldigung betreffend vorgenom̃en worden hat sich alsobald herfür gethan/ daß derselbe nicht allein die

Hin-

Hinter-Pommersche sondern auch Secularisirte und uns concedirte Stifftische Stände concernirte/ derowegen den der Incorporations-punct dabey für die Hand genommen und deßelben völlige Richtigkeit/ehe man zu dem Huldigungs-Punct schreiten könte/ befordert werden müßen. Nachdem aber unser getrene Stifftische Stände wegen gedachter Incorporation ihre desideria in gewisse conditiones verfasset und uns anfänglich durch ihre Deputirte zum Berlin übergeben laßen/ wir aber selbige wiederum nacher Stargard an unsere zum Land-Tage verordnete Commissarien verwiesen/ woselbst auch dieser Punct reassumiret/und nicht alleine mit unsern gehorsamen Stiffts-Ständen darüber tractiret / sondern auch der Hinter-Pommerschen Stände gutachten vernommen und uns von allem was vorgangen ausführliche Relationes abgestatet worden/ wir auch solches wol und reifflich erwogen; So haben wir uns endlich unsern gehorsamen Stiffts-Ständen zu sonderbaren Gnaden/damit wir ihnen zugethan seyn/ über der Incorporation dergestalt und also beständig resolviret und diesem Land-Tageß Abscheide einverleiben lassen. Nemlich / gleichwie in dem zu Oßnabrüg Anno 1647 gemachten Frieden-Schluß/ das Bischoffthum Cammin in Weltlichen Stand gesetzet/ uns und unserm löblichen Chur-Hause als ein Weltliches Lehn darauff perpetuò conferiret und den Hinter-Pommerschen Landen zu incorporiren nachgegeben worden/ als lassen wir es allerdinges auch dabey bewenden/und verordnen/daß nunmehro und von dato an solch Bischoffthum Cammin dem Hinter Pommerschen Hertzogthum einverleibet und consolidiret auch hinfüro und zu immerwerenden Zeiten der Name und geistliche qualitæt desselben gäntzlich aboliret und auffgehaben und selbiges in weltlichen Stand gesetzet seyn sol/also das aus beyder Lande Prælaten / Ritterschafft und Stäten ein Corpus unter dem Namen des ChurFürstl. Hinter-Pommerschen Hertzogthums/ über welches wir und unsere Successoren für und für die Landes-Fürstl. Hoheit und davon dependirende jura,wie dieselbe uns/ unserm Churfürstl. Hause Brandenburg und nachkommender

Herrschafft von Römischen Käisern und Königen verliehen/auch son- sten vermöge Herkommens im Römischen Reich competiren nach einhalt deren von Uns und unsern Vorfahren den Land Ständen gegebenen und confirmirten Privilegien und Constitutionen/ Gewon- heit und Observantien zuexerciren haben/ hiemit und in Krafft die- ses constituiret wird. Gestalt den ietzo incorporirte Stände nicht minder als andere Hinter Pommersche Stände/ uns/ unsern Erben und nachkommenden Herrschafft zu schuldiger Subjection, Gehor- sam/ Erb-Huldigung/ Annehmung gemeiner Landes-Ordnung und sonsten allem andern/ welches dem juri territoriali anhenget/ pflichtig und verbunden seyn. Wie nun darauff gemelte incorpo- rirte Stände aller Hinter Pommerschen Privilegien/ Rechten/ Frey- heiten und Begnadungen/ welche wier unsern getreuen Hinter Pom- merschen Ständen confirmiren/ mit fähig seyn. Also sollen auch vice versa die Hinter Pommersche Stände das jenige/ welches wier den Stifftischen an Privilegien/ Freyheiten und Gerechtigkeiten ertheilen und confirmiren hinwiederum genießen/ dergestalt/ das nun- mehr ins künfftige aus diesen beyden Landschafften ein bestendig Cor- pus, welches nimmer von einander getrennet werden sol/ gemachet und constituiret werden. Gestalt den auch die Incorporirten von Prælaten Ritterschafft und Städten ihre Session und Votum bey ietzi- gem Land-Tage begriffen/ aus ihrem Mittel gewisse Personen zu Land Rähten verordnet/ und also die Incorporation soweit ihre Wirck- ligkeit dadurch erreichet hat. Und demnach die incorporirte Stände auch ferner ihrer Privilegien und andern Gerechtigkeiten in ihren Conditionibus Erwehnung gethan/ das ihnen dieselbige confirmiret und bestetiget werden möchten/ So thun wir denselben hiemit gnä- digst versprechen/ bey künfftiger Erbhuldigung der Collegiat-Kirchen zu Colberg/ wie auch den Prælaten und Canonicis daselbst ihre jura und beneficia, welche Sie biß hero in rechtmeßigem Besitz gehabt/ und noch haben/ nicht weniger/ als der incorporirten Ritterschafft und Städte ihre respective Lehne/ Privilegia, Gerechtigkeiten/ vernünfftige

Ge-

Gewonheiten/ Statuta und Observantien/ wen Sie dieselbe vorhero producirten und gebührend beybringen werden/ zuconfirmiren und zu-bestätigen/ iedoch allezeit vorbehältlich/ woferne der Ritterschafft und Stäte jura und Privilegia der angenommenen Weltlichen qualitæt zuwiedern seyn oder confusion im Lande/denen durch bequeme Mittel sonsten nicht könte abgeholffen werden / dadurch erwecket wird/das wir uns dazu nicht verbunden achten wollen. Wegen Verstatung absonderlicher Zusammenkunfft der Stände indem nunmehro incorporirten Landen/ erklären wir uns gnädigst dahin/ obwol dieselbe nach beschehener Incorporation zuzulassen bedenklich seyn möchten/ zumahlen hinfüro und ins künfftige die Landes-Constitutiones in communi zuhalten und das die gemeine Landes Angelegenheit angehet/ nicht von einander zutrennen und zuseparixen/ sondern auff allgemeinen Versamlungen zubeobachten und zubetrachten ist: Weilen aber bey gegenwertiger Incorporation eine Zeitlang etliche puncta, alß wegen der Stifftischen particular Land-Schulden und sonsten/daran die Incorporirten Stände alleine und die Hinter Pommersche nicht mit interesiret seyn/ übrig bleiben/ So wollen wir den Incorporirten Ständen das jenige/ was den Pommerschen Ständen gegönnet wird/ darin wiederfahren lassen/ nemlich/ wenn bey uns oder unserer Hinter-Pommerischen Regierung ins künfftige darum angehalten wird/ die capita deliberanda vorhero bebührend communiciret/ auch das jenige was bey dem dritten Haupt-Punct wegen der Pommerschen Zusammen Künfften weiter wird exprimiret werden/ dabey in acht genommen wird/ das ihnen nach befundener Beschaffenheit nicht in Form eines particular Land-Tages/ sondern eines Circular Convents auff Convocation und Beschreibung des Capituls zu Colberg zusammen zukommen erlaubet werden solle/ iedoch reserviren wir uns hiebey/ wen etwa wegen des uns zustehenden und competirenden Landes-Fürstl. Rechtens/ oder unser Taffel-Güter halber einiges interesse in die capita deliberanda, worauff unsere Hinter-Pommersche Regierung allezeit ein wachendes Auge haben wird/

chet aber in ihrer letzten Schrifft solche immunitæt ex instrumento Pacis behaubten wollen/als wehren wir und unser Churfürstl. Hauß darzu gahr nicht befugt/das wier unser wolerlangtes Jus Ducale das wieder anziehen könten, wie wier aber unsern gehorsamen Ständen die ihnen rechtswegen competirende Immunitäten und Begnadungen zuendziehen nicht gemeinet/ Als haben wier ihnen unter andern erheblichen Motiven zu Gemühte führen laßen/daß Sie nunmehr nach angenommener Weltlichen Qualitæt, auch hergegen unsere jura Ducalia uns ungkränket lassen müssen/ darauff Sie endlich acquiesciret und in vorkommenden Fällen nebst andern ihren Pommerschen Mit-Ständen zu Abtragung der gewöhnlichen Fräulein-Steuren sich erboten. Betreffende die bißhero den Bischöffen zu Cammin bey Antretung der Regirung gereichete Bischoffs-Pächte/ haben wier vernommen/ das die incorporirte Stände dawieder angezogen/ das nemlich dieselben den Herren Bischöffen als Geistlichen ex speciali causa seyn entrichtet worden/ und weiln nunmehr die Ursache cessirte, auch hinfüro keine Bischöffe mehr seyn sollen/ das auch dahero billig diese Bischöffliche Beysteur damit fiehle und nachzulassen seyn würde. Als wir nun mit unsern gehorsamen Ständen darin gahr einig/ das wier den incorporirten Kreiß nicht in Qualitæt eines Bischoffs sondern als ein weltliches Haubt einhaben und beherschen/ auch dieselbe ichts worin/ das Uns als weltlichem Stande nicht zustehen könte/ zubeschweren nicht gemeinet/ So wollen wir ihnen hiemit solche Bischoffs-Pächte aus Churfürstl. Hulden und Gnaden erlassen/ das dieselben von Uns und nachkommender Herrschafft hinfüro niemahlen sollen exigiret werden/oder Sie und ihre Nachkommen bey Antretung der Regierung eines Hertzogen zu Pommern zuentrichten schuldig seyn/ sondern es sol diese Bischoffs-Pacht nebst dem Bischoffthum itzo und zuimmer wehrenden Zeiten hiemit gäntzlich aboliret, cassiret und auffgehoben seyn. Das man aber auch die Beede-Müntze (precariam exactionem) sub prætextu qualitatis Ecclesiasticæ auffzuheben bitten thut/ darin können wier der Stände petito nicht

defe-

den/ so haben wier darauff unsere gnädigste Resolution in der Regierungs-Verfaßung allbereits (Tit. 7. von Bestellung des Hoff-Gerichts) ertheilet/ worhin wier uns hiemit beziehen. Deniq; de Condirectorio Capituli Camminensis & Colbergensis, in Comitijs Provincialibus, decisio suspensa est, verbis sequentibus: Ob wier nun wol hieneben gnädigst gerne gesehen/ das die zwischen dem Camminschen Thum-Capitul und Pommerschen Ständen so dan den Incorporirten Stifftischen Ständen entstandene Streitigkeiten wegen prætendirten Condirectorii auff künfftigen Land-Tägen anietzo hette beygeleget werden können/ Als aber kein Theil dem andern weichen wollen/ sondern es zu unserm Ausspruch gestellet/ und wier anietzo wegen andern fürfallenden wichtigen Geschefften darin zuresolviren behindert werden/ so wollen wier nach geendigtem Land-Tage/ solchen Punct auff der Parte ferner Anhalten/ vornemen und der Sachen einen billigen Ausschlag geben. De hac quæstione, ratione Condirectorij, nec non de jure unitarum Ecclesiarum & Provinciarum, vid. superius alleg. è B. D. *Joh.* BRUNNEMANNI *Responsor. Academicorum Consil. 138 pag. 870 atq; seq. Consil. 139 pag.* 875. ubi jura partium enucleata sunt. Adde, si libet, Dn. D. Ahasveri FRITSCHI *Diatrib. de Unione & incorporatione bonor cum prim. Provincial. per tot.* ubi exempla vetero-nova quam plurima affert. Hic fuit *Status secularis, ad A. C. 1661.* ubi alia succesit immutatio, ita ut Consensu Imperatoris Imperijq; Statuum in Comitiis Ratisbonensibus hodiè etiamnum durantibus, in *Principatum* sit conversus, Serenissimusq; Elector Titulo post Principatus Halberstadensem & Mindensem adjecerit suo etiam Camminensem, nec non ob illum in Comitijs Imperij Sessionem & speciale Votum haberet, jusseritq; anno eodem d. 6. Decembr. in publico Statuum Provincialium Pomerau. apud Stargardenses conventu, ne post hac nomine incorporati territorij, sed titulo *Principatus Camminensis* in omnibus actibus veniat, quæ Constitutio in hodiernum, quo hæc scripsi, A. C. 1683. 10 Octobr. durat diem.

Deniq; per TransactionemParisiensem, vulgò Pariser-Friede zu S. Germain en Laije, die *19, 29, Junij* A. C. *1679* geschlossen / Art. 7. urbs

etiam Cammin, quæ ab antiquo ad Episcopatum non pertinuit, atque Serenissimæ Sveciæ Reginæ à Serenissimo Electore Brandenburgico, vigore Pactorum, sive Grentz-Receſs de A. C. 1653. tum cessa est, terris Electoralis Pomeraniæ cum aliis accesūt, quam Transactionem Parisiensem fortè infra, ubi de Electorali Pomeraniâ, prout nunc ab Electore nostro clementissimo possidetur, dabo, atq; sic Synopsin Historiæ Episcoporum cum notabili Camminensium illâ in secularem statum mutatione finio, de eâ pluribus, si DEUS T.O.M. vitam, valetudinem & beatam pacem concesserit, benevolosq; habuero Lectores & diligenti operâ Typographorum provocer, agam in *Pomeraniâ meâ sacrâ*, ferè à Domini nostri Jesu Christi Apostolorum in universum mundum missione, sunt enim in Schediasmatibus meis plura parata, hinc & inde volitantia, quæ facili negotio in ordinem redigi possunt.

(*c*) Fuit hic Adelbertus Prussorum Apostolus, gentem hanc Christo lucraturus, cum antea fuerat Episcopus Bohemiæ sive Pragensis, Vid. *Autor Vitæ S. Adalberti*, Scriptor σύγχρονος. ADAMUS *Bremensis, de situ Daniæ pag. 77. pag. 147 Edit. Joach. Joh. Maderi* HELMOLDUS *lib. 1 Chron. Slavor cap 1 num. 5. Ed. Henr Bangerti*, A.C. 997, d. 23 April. ab Idololatris prope oppidum Fischhausen palo alligatus & septem hastis trajectus est. Reliquias ejus, Boleslaus, Dux Poloniæ, devictis postea Prussis in Poloniam transtulit & Gnisnæ sepelivit. Hinricus BANGERTUS *in Not. ad Helmod. l. c. pag. 4.* & ipse HELMOLDUS *d. l. 1. cap 15. num. 1. pag. 45.* Inde forsan error ille fluxit, quod Scriptores quidam Polonici eum Gnisnensem Archi-Episcopum vocent, cum tamen in dubio sit, fuerintne tunc temporis Archi-Episcopatus ille jam institutus. Dn. Christoph. HARTKNOCH, *de variis reb. Prussic. Differt. Histor 14. num. 3. pag. 204. & seqq.* In Pomeraniâ Julini posteà invocatur. Vid. ANDREÆ *Abb. Bamberg. Vita Ottonis lib 3 cap 21. pag. 205. Edit. Dn. L. Valer. JASCHII*, unde in honorem ejus dubio procul hoc Templum postea consecratum est.

Dedi primum Diploma supra pag. 102. ita, uti illud apud Dav. Chytræum offendi, hoc est mutilum, dum autem Typographus in ne-

notis his desudat, in Schedis meis integrum reperi, quod addere placuit. *INNOCENTIUS Episcopus, Servus servorum Dei, venerabili fratri Adelberto, Pomeranorum Episcopo, ejusq; Successoribus canonicè substituendis in perpetuum. Ex commisso nobis à Deo Apostolatus officio, fratribus nostris, tam vicinis quam longè positis, paternâ nos convenit provisione consulere, & Ecclesiis in quibus Domino militare noscuntur, suam justitiam conservare, ut quemadmodum disponente Domino, PATRES vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in OPERE. Hujus rei gratiâ venerabilis frater Adelberte, Episcope, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & commissam tibi Pomeranensem Ecclesiam sub B. Petro ad nostram protectionem suscipimus, & præsentis scripti Privilegio communimus, statuendo, ut in civitate VVollinensi, in Ecclesia Beati Adelberti, Episcopalis sedes perpetuis temporibus habeatur. Præterea quæcunq; bona, quæcunq; possessiones, eadem Ecclesia in præsentiâ justè & legitimè possidet, aut in futurum, concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis DEO propitio poterit adipisci, firma tibi, tuisq; Successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, videlicet civitatem ipsam VVolin cum foro & tabernâ & suis omnibus appendiciis. Castra hæc sunt, Dymin, Treboses, Chozck, VVollgast, Huznon, Grosvvin, Pyris, Stargard cum villis & eorum appendiciis omnibus, Stetin, Cammin, cum tabernâ & foro villis & omnibus eorum appendiciis, de totâ Pomeraniâ usq; ad Lebam fluvium, de unoquoq; arante duas mensuras annonæ & quinque denarios, decimam fori, quod dicitur Sychem. Decernimus ergo, ut nec Regi, nec Duci, seu alicui hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare aut ejus possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet fatigare molestiis: sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: Si qua sanè inposterum Ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiòve commonita, nisi reatum suum congruâ satisfactione correxerit, privationem honoris potestatisq; suæ patiatur, reumq; se divino judicio existere de perpetratâ iniquitate cognoscat, & à sanctissimo corpore & sanguine DEI ac Domini Redemtoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atq;*

*in extremo examine districta subjaceat ultioni: Cunctis autem eidem sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Datum trans Tyberim per manum Emerici S. Romanæ Ecclesiæ Diaconi, Cardinalis & Cancellarij, secundo Idus Octobris, indictione quartâ, incarnatione Dominicâ 1140, Pontificatus verò Domini Innocentii Papæ secundi anno undecimo.*

Cœterum, illud hoc loco prætereundum non est, quod antiqua Slavorum Chronica testentur, Uznami, (*Usedom*) Episcopatum Pomeran. à Wartislao Duce (quem SAXO GRAMMATICUS *l.* 13. *Hist. Dan. p* 124 Regem Slav. vocat) fundatum fuisse. Sic enim HELMOLDUS Bosoviensis *lib.* 2. *Chron. Slavor. Cap.* 4. *num* 14 *pag.* 222. *Edit.* Henrici BANGERTI: Ille (Wertizlavus) primus inter Duces Pomeranorum conversus est ad fidem, per manus sancti Ottonis Bavenbergensis Episcopi, & *ipse fundavit Episcopatum Uznam*, & admisit cultum Christianæ religionis in terram Pomeranorum. Hactenus Helmoldus. Aut hic erravit, aut ob bellorum incommoda à Danis tum illata, apud Julinenses ad tempus sedes minus tuta visa fuit, nec diu Usedomi mansit Episcopalis sedes, Monasterium *Grobe* statim ibidem fundatum est, quod innuunt versus lapidi insculpti, deinde ad Usedomense Templum translati:

M. C. Vig. quarto, tunc Ratiborum pius Otto
Cum pare baptizat, post Ratiborus *Grobe* fundat,
Sacrat Adalbertus, primus Præsul Julinensis.

# II. DIPLOMA. (*a*)

## CASIMIRI, POMERANORUM PRINCIPIS, DONATIO, FRATRIBUS DE (*b*) LUNDIC FACTA, qui (*c*) Belbogam venerant ad construendum Cœnobium. A. C. 1170.

In

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Notum fieri volumus tam præsentibus quam & posteris fidelibus, quod ego Kasemarus, Dei gratia, Princeps Pomeranorum, Fratribus Ecclesiæ sanctæ Trinitatis in Lunðig in terram nostram venientibus, dedi in perpetuam Elemosynam undecim villas, juxta Regam fluvium sitas, cum omnibus utilitatibus & appenditijs suis liberè & quietè & sine omni exactione, soli claustro ibidem construendo perpetualiter servituras. Nomina verò villarum sunt hæc: Gummin, quæ sola culta est, (*d*) VVistrovece, Myroslavece, VVyscovv, Karcene, Darsovve, Drosamuste, Droszedovve, Chinovve, Jarchovve, Strefentin/ hæ decem villæ, licet incultæ, amœnitate tamen situs, ubertate glebæ, venationis, aucupationis, (*d*) piscationis copiâ & pecorũ abundantia cultis circumjacentibus non cedunt. Ipsa enim terra & circa eam maritima loca sunt fertilissima frugum & pecorum ac piscium & Sylvosa, sicut scribitur de terra promissionis, lacte & melle manantia. Medietatem etiam portionis clausuræ piscium in fluvio, qui Rega dicitur, fratrum refectioni dedimus, cum medietate Stagni, nomine Nifloſze/ & villâ piscatorum adjacente. Eidem Ecclesiæ contulimus Ecclesiam in Trebetowe/ post discessum Presbiteri, qui modo in ea ministrat. Contulimus præ-

nachos, tum præsentes, Fratres Ordinis *Præmonstratensis Castri Sancti Petri in Belboch.*

(*b*) Lundig seu Lunden, non intelligitur Metropolis Angliæ, sed urbs Scandiæ, Lunden auff Schonen/in Dennemarck.

(*c*) Idola Pomerani Ethnici & adjacentes populi coluère varia, Hertam vel Herthum, die Erde/ Zvantewit seu S. Vitum, Triclaf sive Triglaf, qui Dominus cœli, terræ et inferni putabatur. *Jessam*, Niam, Marzanam, Zizililiam, Zievanam sive Zievoniam, i. e. *Jovem*, Plutonem, Cererem, Venerem, Dianam. Barevitum seu Mercurium, Deum Mercaturæ, Harovitum sive Martem, Deum belli, Podoga, temperiem aut cœlum serenum, Pochuist, intemperiem, Lelum & Polelum h. e. Castorem & Pollucem, Nautarum Numina, quæ nunc Nicolaum & Hermum navigantes appellant. Radogastum & Prove. Habebant deniq; Deum bonum & malum, hunc Diabol & Zarnebog, h. e. nigrum Deum, bonum vero Belbog, h. e. album Deum appellabant, & inde locus noster ad Regam fl. nomen BELBOG seu Bialbuc à lingva Slavonica (albus Deus) habet, uti Historiales Pomeran. omnes testantur. De Deastris hisce & similibus videantur TACITVS *lib. de Morib. German.* HELMOLD. Presbiter Bosov. *Chron. Slavor.* Albert. CRANTZ, *passim.* Johan. BVGENHAGEN *Chron. Pomer. MSS.* Martinus CROMERVS *de Orig. & Reb. gest. Polon. lib. 3. de Religionibus priscor. Polon. & Slavorum, pag. 31.* Dn. D. Laurentius RANGO, Elector. Scabinatus Director & Syndicus Provinc. Frater meus Germanus summè dilectus, *de Divination. Sect. 3. cap. 4. pag. 45. 46.* Alexand ROSSEN Gottes-Dienste in der gantzen Weld/ 5. Abtheil. 2. Frage/ pag. 263. Christoph. ARNOLD Götzen bilder / cap. 9.

(*d*) Wistrovece hodiè Wustrow. Myrosclavece, Drosamuste, num adhuc extent, dubito, cum percontando investigare non potuerim Wiscow, de hoc pago Templum adhuc tantū extat Carzene, quidam Carnitz intelligunt, quod tamen dubio non caret. Nisleßze i. e. Lievelose/kömmet aus dem Eyersbergischen See/ & se in mare tandem exonerat. Trebetowe / hodiè Treptow/ è pago, exiguis initiis, mox

urbs

Pater misericordiarum, & Dominus totius consolationis per sollicitudinem & fidele studium felicis memoriæ VVartislai patris nostri, eduxit nos & populum terræ nostræ de tenebris & umbra mortis in admirabile lumen suum, ut qui prius per idololatriam & spurcitias Dœmonum eramus servi Sathanæ & populus perditionis, nunc per ablutionem baptismi facti sumus filii adoptionis Dei, populus acquisitionis, funiculus hereditatis ipsius, consequuti gratiam & expectantes gloriam cum cœteris Christianis. Cogitantes itaq; ut pro tantâ gratiâ aliquid retribuamus Domino pro omnibus quæ tribuit nobis, ipsi volumus devotè id quod possumus obsequium exhibere, ministros ejus, qui in hoc mundo ipsius beneplacitum exequuntur, & in ejus Servitio perseverant, concessis nobis â Dominô, temporalibus honorando ipsosq; paternè fovendo, ut absque turbatione & defectu aliquo suum ministerium exequantur.

Nos igitur Camminensem Ecclesiam quam pro salute nostrâ & parentum nostrorum in honorem Domini nostri JEsu Christi, & beatæ Mariæ semper Virginis, sanctiq; Johannis Baptistæ fundavimus, & in qua Canonicos duximus collocandos cum omnibus personis, tam nunc in eâ Deo militantibus, quàm in posterum legitimè substituendis in nostram recepimus protectionem, liberum eis, eorumq; Successoribus perpe-

U tuò

tuò concedentes, ut in beneficiis, quæ Ecclesiæ suæ tam in denarijs, quam etiam villis & prædiis, cœterisq; bonis & commodis temporalibus sunt collata, vel inposterum conferenda, tranquillè & absq; omni secularis Dominii jugo vel oppressione Domino famulenter, habentes liberam electionem post decessum Episcopi sui, vel Prælati seu cujuscunq, Canonici Ecclesiæ suæ loco ipsius alium substituendi, quem dignè viderint statuendum. Ad instar quoq; sanctæ Coloniensis Ecclesiæ prædictis Canonicis eorumq; Successoribus omnem conferimus libertatem, qua in generali cœteræ Cathedrales Ecclesiæ debent ex jure temporaliter gratulari. Prætereà quæcunq; bona quascunq; possessiones Ecclesia eorum in præsenti possidet, vel in futurâ largitione Principum, concessione Pontificum seu oblatione fidelium, aliisq; justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, ipsis & eorum Successoribus præsenti paginâ confirmamus. Ipsis quoq; liberum concedimus, ut justo titulo possideant villas & prædia, seu reditus, quoscunq; Viri nobiles terræ nostræ de suis hereditatibus eidem Ecclesiæ duxerint conferendos.

Proptereà decrevimus, ut villas & prædia, vel (c) curias eorum, nulla persona secularis nunciæ potestatis præsumat intrare pro exactione aliquâ, vel qualibet causâ molestiæ hominibus Ecclesiæ facienda.

Vo-

Volumus tamen ut iidem homines, castrum, ad quod pertinent, & pontem ædificent generalem & si qua pro his promovendis in communi fuerint ab eisdem colligenda, ea nullatenus per secularem exactorem sed per nuncium Præpositi colligantur. Homines etiam ipsius Ecclesiæ juri Ecclesiastico, non judicio subjaceant seculari, eosq; ab omni (*d*) exactione, insuper Naraz, Oszep, Goztitua, vectione vel per terram vel per aquam, & domorum nostrarum ædificatione, cæterisq; servitiis & rebus dandis secundum morem gentis nostræ penitus esse volumus absolutos; ita ut solis Canonicis, nulliq; serviant Domino seculari. Sed cum necesse fuerit, ad defensionem terræ suæ procedere sint parati, infra ipsam terram, cum eam hostiliter invaserint inimici. Hinc igitur donationem nostram & concessionem libertatis volumus inconvulsã perpetuò ab omnibus observari, eam præsenti scripto sigilli nostri munimine confirmantes. Hujus itaq; rei testes sunt Conradus Episcopus; Sifridus Præpositus, cœteriq; Canonici Cammin. Everhardus Colbac. Helmingus Ztolp. VValterus Usnam. Abbates, Hermannus Præpositus Colbergensis. De Laicis Barla vir nobilis in Colberge, Zavist Castellanus Unima, cœteriq; nobiles de castro Camminensi, Priba Castellanus in Chotzecove, Drilka Bodivvi Jevvneu Munk, Boris, Radoslaus, Zpol, cœteriq; nobiles viri Castri Diminensis. Anno 1175. (*e*)

# ANIMADVERSIONES.

(*a*) HOc Diploma, nunquam ante hac editum, ex Archivo Dnn. Statuum Provincialium Electoralis Ducatus Pomeraniæ & Principatus Camminensis Dn. D. Laurentius RANGO jam olim mihi communicavit.

(*b*) Qui posteà *Pomeranorum Principes* appellantur, *olim Sclavorum Duces* dicti fuerunt, testantibus Principum literis, quæ olim Civitatibus & Monasteriis concessæ sunt. Slavorum autem Populi non pauci fuerunt. Sed non uno in loco. Fuit autem *SCLAVIA* vel Sclavonia duplex, *MAJOR* circa Dalmatiam: *MINOR* in finibus Saxoniæ ad Mare Balthicum, ubi sunt Civitates Sundium, Rostochium Wismaria, Luneburga & Ecclesiæ Lubicensis, Hamburgensis, Swerinensis, Slesvicensis atq; Caminensis: Maritimæ omnes. &c. Sunt verba D. Johannis BUGENHAGII *Chron. MSS. lib. 1. de Pomer. antiquitate Cap. 1. in princ. Sclavonia duplex.* Ubi addit: Sclavi postquam omnium Creatori, Rectori & Salvatori Christo capita submiserunt, cum infidelitatis impietate abjectâ, simul & ferocitate & avitâ lingvâ, Germanis adscripti, germanissimi, id est, humanissimi & Christianiss. evaserunt. SAXO GRAMMATICUS *Histor. Dan. lib. 15. pag. 192.* nostros Pomeraniæ Principes, Sclaviæ Duces creatos esse, verbis innuit sequentibus, quamvis cum Epicrisi admodùm durâ. Annuente Rege posteroq; die concionem petente: *Bugiszlaum & Kazimarum* datis solenniter aquilis *Sclaviæ Duces* appellat: Veterem atq; hereditariam patriæ libertatem vanis atq; fucosis dignitatum nominibus venditantes. Qui si scissent, quanto oneri se exigui panni receptione substernerent, mortem beneficio prætulissent: aut privati in omne vitæ tempus degere maluissent. Sic sub honoris specie gravissimis dedecoris probris implicati discedunt: servitutem falsis dignitatum insignibus coloratam in patriam referentes.

(*c*) Non intelligi hîc Curias sacrorum aut Senatus, in quibus vel Sacerdotes res divinas, vel Magistratus humanas curabant, sed villas, in quibus multitudo pecorum servatur, Bawer-Höfe/ contextus faci-

ille docet, & in hac significatione in vetustioribus membranis & libris publicis sæpe occurrere memini, deinde etiam sumitur pro aulâ Regiâ vel Cæsarea apud mediæ ætatis Scriptores, ceu sæpiculè observavi, Curia Cæsareâ Norribergæ, VVormatiæ, &c. instituta est, i.e. der Käyserliche Hoff / Oder Käyserliche Hoffhaltung. Quidam Curtis pro curiâ habent, ut ANDREAS Abb. Bamberg. *in vitâ Ottonis Bamberg. lib. 1. cap. 4. pag. 18. Edit. JASCHIANÆ.* Verbis: Assumptus (Otto) in curtem regiam &c. atq; HELMOLDVS *Chron. Slav. lib. 1. cap. 14. pag. 42. & cap. 32. pag. 81. Ed. Hinr. BANGERTI,* Curtes duæ nobiles, generalis Curia, cortis regia, & sic significat Palatium Regis seu Imperatoris.

(*d*) Per exactiones, vectiones vel per terram vel per aquam, & domorum ædificationem, cæteraq; servitia, insuper Naraz, Oszep, Goztitua intelligo nihil aliud, quam Angarias & Parangarias, seu operas extraordinarias, quæ propter repentinum aliquod negotium ad solius Imperatoris seu Principis edictum præstantur *l. Iudicibus C. de Curs. publ.* vel sumptibus & expensis Imperatoris seu Principis, vel sumtibus propriis per præstationes jumentorum, plaustrorũ & navium, Post-Fuhren / Schar-Werck / Besserung der Brücken / Wege / und Stege und dergleichen / vid. Hermannus VULTEJUS *de Feudis eorundemq; jure, lib. 1. cap. 5. num. 7. pag. 88.* Jacob. CUJACIUS *in l. fin. C. de Fabric lib. 11.*

(*e*) Hoc Privilegium Donationis & Fundationis Ecclesiæ Camminensis à Casimiro Duce Slavorum dato, confirmarunt Bogislaus Pater, & VVartislaus Filius, Duces, A. C. 1308, cujus tenor, è Dnn. Statuum Archivo, hic est. *BUGSLAUS & suus filius VVARTISLAVS, Dei gratiâ, Duces Slavorum & Cassubiæ, universis tam nationis præsentis, quam successionis futuræ, ad quorum notitiam præsens scriptum pervenerit, salutem in omnium Salvatore. Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, nos condecet, nostraq; interest, ratione suadente, assensum præbere hujusmodi benivolum cum effectu. & his maximè, quæ utilitatem Ecclesiarum, diviniq; nominis cultum respicere dinoscuntur. Noverit itaq; vestra universitas, quod venerabilis in Christo Pater, Dominus Hinricus, Episcopus Ecclesiæ Camminensis, nec non honorabiles Viri Hil-*

*debrandus Præpositus, Fridericus Thesaurarius, Johannes Scholasticus totumq; Capitulum ejusdem Ecclesiæ, Decanatu tunc vacante, supplicarunt nobis devotè, quod Privilegium scriptum seu munimentum fundationis dictæ Ecclesiæ suæ Camminensis, quod ipsi Ecclesiæ ab illustri Principe, felicis recordationis, Domino Kazimaro, quondam Duce Slavorum, progenitore nostro concessum est & indultum, ipsiusq; Ducis Sigillo sigillatum, inspicere, ac diligenter examinare, ipsoq; perspecto & examinato, innovare per nostras literas dignaremur, eò quod propter suam vetustatem tam cera sigilli, quam ipsa carta & scriptura jam vilescere incipit & demolliri. Cujus tenor de verbo ad verbum sequitur in hunc modum.*

KAZimarus, Dei gratiâ, Dux Slavorum, universis Christi fidelibus. &c. &c. usq;: cœteriq; nobiles Viri Castri Diminensis. A C 1175.

*Nos verò Bugslaus & VVartislaus, Duces præfati, precibus Domini Hinrici Episcopi & Capituli prædictorum ob favorem præfatæ Ecclesiæ Camminensis, ipsius indempnitati succurrere cupientes, inclinati, præmissum privilegium scriptum seu munimentum tam in sigillo quam cerâ, scriptura & carta per fideles nostros Clericos juratos & ad hoc specialiter deputatos inspici ac examinari cum diligentia fecimus: qui ipsum diligenti examinatione præmissâ in sigillo, carta & scriptura nullam pati suspicionem vitii vel falsitatis asserentes, sed in omnibus legale esse & perfectum, per quos etiam de ipsius toto tenore, de verbo ad verbum, prout jacet, expediti sumus, eorumq; verbis fidem adhibuimus, habitâq; super præmissis deliberatione, ac tractatu diligenti dictum privilegium, munimentum seu scriptum, cum omnibus libertatibus, honoribus, utilitatibus & commodis, quæ in ipso continentur, ex certa scientia, præsenti scripto, nostris sigillis communito, approbamus, gratum habemus, ratificamus, confirmamus & innovamus, promittentes bonâ fide prædictum Privilegium seu munimentum, prout supra est exemplatum, cum omnibus suis conditionibus & articulis, Episcopo, Capitulo & Ecclesiæ prædictis fideliter perpetuis temporibus observare, nec aliquod impedimentum per nos seu nostros aut quoscunq; alios præstare contra præmissa, seu aliquod præmissorum, quo minus in statu suo permaneant & libertate.*

*Heredes etiam nostros & quoscunq; Successores præsenti scripto obligamus & obligatos esse volumus, ut ipsi omnia & singula præmissa observare & facere teneantur.* Ve-

*Volumus etiam quod præsens scriptum sigillis nostris roboratum, continens tenorem privilegii seu munimenti Domini Kazimari Ducis prædicti & nostram approbationem, confirmationem, gratificationem & innovationem præmissarum eundem vigorem obtineat, eiq; eadem fides in judicio & extra adhibeatur, ac si dicti Kazimari Ducis originale novum recens & integrum appareret, quod jam propter vetustatem suam in cerâ, carta & scriptura perire, vilescere incipit & aboliri, in cujus rei testimonium & notitiam pleniorem hoc scriptum nostrorum munimine fecimus communiri.*

*Testes hujus rei sunt VVillekinus, Præpositus de Indagine, Hinricus, Præpositus in VVarpe, Hinricus, Plebanus in VVolgast. Hinricus dictus Tense, Johannes de VVene, Clerici, Hinricus de Heydebrake, Senior Rosenhagen, Flore dictus de Bokholte, Arnoldus dictus de Grambovve, Gherardus Grope milites. Otto dictus de Bone, Gherardus Advocatus, Hermannus de Lubbenovve, & alii quamplures fide digni, Datum Cammin, anno Domini millesimo, trecentesimo octavo, in octava beatorum Petri & Pauli Apostolorum, per manum Conradi, nostræ Curiæ Notarii.*

# IV. DIPLOMA.

## CLEMENTIS PONTIFICIS ROMANI LITERÆ (a) CONFIRMATIONIS EPISCOP. CAMMINENSIS. de A. C. 1188.

CLemens Episcopus Romanus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri, Sigefrido, Camminensi Episcopo, Salutem. Auctoritate Apostolicâ statuimus, sancimus & ordinamus, cum Civitas, quæ VVollin dicitur, in qua sedes Episcopalis esse solebat, propter (b) Gverrarum incommoda, deserta esse proponatur, ut in Ecclesia sancti Johannis Baptistæ, apud Civita-

tem

(c) Nicol. à KLEMPZEN, *Chron. MSS. lib. 1.* Vom alten Pommerland / pag. 229, hæc refert. Anno 1188 ist der Thum zu Cammin fertig worden / und hat also der Bischoff und das Capitul ihren Sitz daselbst genommen / und ist daselbe vom Pabst Clemente im Jahr Christi 1188 confirmiret worden / von der Zeit heisset der Bischoff / nicht mehr ein Pommerscher Bischoff / sondern der Bischoff von Cammin / und wird in des Pabstes Confirmation benant Cammin mit dem Krog und Marck / und die Schlösser Demmin / Triebsees / Gützkow / Wollgast / Hustaym / Groswien / Piritz / Stargard / Stettin / Prentzla / Colberg.

# V. DIPLOMA. (a)

## BOGISLAI ET CASIMIRI ET EORUM MATRIS ANASTASIAE DONATIO ET PRIVILEGIUM FRATRIBUS DE HORTO S. MARIAE IN FRISIA CONCESS. IN LOCO BELBOG S. PETRI CASTRO A. C. 1208.

IN Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen. Notum fieri volumus tam præsentibus quam futuris, quod ego BOGUSLAUS & frater noster KAZIMARUS, Dei gratiâ, Pomeranorum Principes, cum venerabili matre nostra, ANASTASIA, fratribus de (b) Orto sanctæ Mariæ, in terram nostram venientibus dedimus locum juxta Trebetow situm, quondam Belbuc, nunc S. Petri castrum dictum, et totam Insulam in qua manent. Contulimus etiam eidem loco duodecim villas non procul à Rega constitutas, cum pratis & omnibus utilitatibus & appendiciis suis, liberè & quietè, sine omni ex-

 actio-

# ANIMADVERSIONES.

(a) Diploma hoc itidem mihi communicavit Dn. Sam. GADEBUSCH, è Cimeliarchio Treptoviensi.

(b) Ortus pro Hortus, abjectâ aspiratione usurparunt istius ætatis Scriptores pleriq;.

(c) Bartholomæus & Casimirus, Duces, Fratres nuncupantur hic, erravit ergo Dav. CHYTRÆUS *in Chronolog. Histor. Herod. & Thucid. pag. 313. in Famil. Ducc. Pomer. & Saxon. lib. 1. fol 7. in Geneol. atq; Wandal. & Saxon. continuat. pag. 13.* quamvis à Valentino ab EICHSTET, Philippi Ducis Cancellario secum communicatam affirmet & cum eo, omnes, qui eum secuti, inter quos etiam Paul. FRIDEBORN. & *Joh.* MICRÆLIUS in *Geneal. Ducc Pom.* qui Bartholomæum, Wartislai ex Ratiboro; & Casimirum Swantibori ex Casimiro Demminensi filium fuisse dicunt.

(d) Hoc Privilegium, ut ratificationis literæ vocant, confirmarunt Wartislaus, Dux Deminensis A.C. 1254 Calend. Septemb. & Wartislaus Dux Slavorum & Casſubiæ A.C 1310. die Agnetis, Virginis. Imprimis Barnimus Dux Slavorum has, & alias Donationes huic Monasterio à diversis factas sequenti Diplomate expressit & confirmavit.

*In Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Amen.*

*BARNIM, DEI gratiâ, Dux Slavorum, omnibus præsentem paginam inspecturis in perpetuum, ab eo, per quem Reges regnant & Principes obtinent Principatum in partem solicitudinis Monarchiæ: nostra interest ex potestate nobis tradita & concessâ, non solum fidelibus populis, quibus temporaliter præsumus, ita gubernando praeesse, ut tempora sua in pace disponant, verùm etiam locis venerabilibus & Deo dicatis Ecclesiis, à nostris progenitoribus institutis, in beneficijs sibi traditis, sic adesse, ut nullo temeritatis impulsu, inposterum aggraventur.*

*Sane venerabiles Viri Abbas & Conventus Castri Sancti Petri in Belbocb nobis humiliter supplicaverunt, ut donationes Principum illustrium Bugozlavi, Patris nostri, Kazimari, Patrui nostri, donatorem & venditorem,*

*VVartislai nepotis nostri Ducis Dimin unde donationem inclytæ matronæ Anastasiæ aviæ nostræ, Ducissæ Slavorum, ratas habentes eas dignarem nostræ serenitatis adminiculo roborare. Nos autem progenitorum nostrorum vestigiis inhærentes & sperantes pro seminatione temporalium metere sempiterna, omnes donationes ei factas & infra notatas, gratas & ratas habentes, de nostra certa scientia sigilli nostri impressione firmamus. In quibus has duximus propriis vocabulis exprimendas. Locum ipsum Belbuch, in quo claustrum situm est, quod nunc castrum sancti Petri dicitur, & totam Insulam eandem, cum pratis, sylvis, paludibus In occidentali verò parte fluvii, qui Rega major dicitur, cum pratis, sylvis, stagnis, paludibus, desertis, usq; ad medietatem stagni nomine* Nysloza *& villa piscatorum eidem adjacente,* Wisco/ Wosirobe/ Gummnio/ Nicoslavitze/ Corsne/ Szboromort/ Darsou/ Cpino/ Jarchau/ Drozdo/ Latin/ Semow/ Cirbe/ *medietatem clausura piscium in Rega. Locum ad sex sartagines in Colleberg ad usum salis. Prætereà jus patronatus Ecclesiarum* Trepiow *&* Chosin. *Hæc donaverunt Bugozlavus & Kazimarus fratres, Duces Slaviæ, filii Anastasiæ. Hæc donavit VVartislaus, nepos noster, totum desertum, quod Riman vocatur, cum his villis ibidem nunc sitis,* Lestzin/ Riman/ Resinko/ Stornin. *Præter hæc vendidit dictis religiosis, Abbati & conventui, has possessiones, vicum* Treptow/ Swisko/ Cricuz/ *& Regam fluvium liberum usq; ad portum maris, cum clausuris & pratis, sylvis, pascuis, paludibus, usuagiis ex utroq; littore adjacentibus. Insuper piscationes in stagno, quod* Rezko *vocatur, & dimidium tractum in mari* Clutzi *vocatur. Has verò possessiones donavit Avia nostra Anastasia, de filiorum suorum Bugozlai Patris nostri & Cazimari patrui nostri assensu & mera liberalitate, quas dotis nomine possidebat:* Treburze *cum clausuris ad eandem villam pertinentibus,* Lospaklo/ *cum taberna in* Damsnitz/ Gucc/ Prust/ Bialdecur/ Geravizo/ Drozdo/ Mabenino/ Glowazo/ Jarchow/ Strientin/ Seridlo/ Dorgozlaw/ Molzsto/ Belico/ Süro/ Betzin/ Galanz/ Scemdarsse/ Cloccow/ Pagerelitz/ Lewiz/ Jutra/ Piriz/ . . . . . . . . . . . *quæ* Strossow *vocatur, cum villâ adjacente: duo tuguria, in monte salis in Colberg: Hæc omnia donaverunt cum sylvis, pratis, pascuis, memoribus, agris cultis & incultis, aquis, stagnis, fluviis, rivulis, molendinis, piscationibus, ferrifo-*

di-

*dinis, argentifodinis, salefodinis, & omni usu & fructu, qui dictis Abbati & conventui, poterunt provenire. Praeterquam judicia criminalium causarum, in quibus Advocatus Monasterii, judicio praesidens, totius emolumenti mediam sibi retinens partem, alia, sicut nostro nepoti, ita nunc nobis repraesentat. Civilium verò causarum & mixtarum ex integro sibi tenens emolumentum. Decreverunt etiam ipsum Monasterium cum hominibus suis liberum esse ab omnibus servitiis, evectionibus, exactionibus, quibuscunque nominibus censeantur. Praeterquam ingens necessitas & evidens utilitas id exposcit, ut ad defensionem terrae generaliter concurratur. Nulli ergo homini liceat hanc nostrae confirmationis & ratihabitionis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire, sicut indignationis nostrae & poenam exilii voluerit evitare. Testes hujus confirmationis & ratihabitionis sunt Hermannus Episcopus Camminensis, Joannes Decanus, Hinricus Custos ibidem, Conradus Praepositus, Joannes Praepositus Sanctimonialium in Stettin, Borek Bizpranus. Casimirus & Reslavus de Cumerovv, Gobelo, Fredericus de Hindenborg/ Hermannus de Halenbeke Marschalcus, Joannes Lieveriow/ milites & alii quamplures. Datum in Stettin Anno Domini Mo. CCo. LXIX. tertio idus Aprilis.*

# VI. DIPLOMA (a)

## BARNIMI, PATRIS ET BOGISLAI FILII, DUCUM, URBIS ET TERRÆ COLBERG. DONATIO, EMPTIONIS VENDITIONIS TITULO FACTA HERMANNO EPISCOPO CAMMINENSI, A. C. 1276

In Nomine Domini, Amen.

DEI Gratia, BARNIMUS & suus filius BUGISLAUS, Duces Sclavorum, universis Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam in humanis rebus & actis nullius facti certitudo sub coeli ambitu continetur, necessarium est expediens contractus emptionum scriptis, qui-

modo libet retractare, sed omnia promissa Episcopo & Ecclesiæ prædictis integraliter observare. Renunciantur etiam exceptioni non numeratæ pecuniæ nec solutæ, deceptionum ultra dimidiam justi precii, beneficio minoris ætatis, doli danti causam contractui, vel qui incidit in Contractum, & omni beneficio competenti de consvetudine seu de jure Canonico vel Civili, per quod nostra venditio valeat infirmari. Testes hujus venditionis nostræ sunt Hermannus Episcopus. Johan. Decanus. Hinricus Custos. Gerhardus Scholasticus. Mauritius, Bernhardus, VVizlaus, Hinricus, Conradus, Johannes, Canonici Camminenses. Hildebrandus Abbas de Stolp, VVigarus Abbas de Utznum, Clerici. Item Casimarus Borco, Tassaus Albus, Teslaus de Cummerovv. Dobislaus Prisimbosis, Hinricus Ursus, Johannes de Scholentin, Johannes Romele. Lupoldus Ursus, Reinbernus de VVacholt. Barnimus Ursus. Gerhardus Ursus. Ulricus Saxo, Hermannus de Mozscovv. Rudolphus de Lassan, Ulricus & Fridericus de Bonenhusen, David & Theodoricus de VVide, Gerhardus Ursus, Milites, prætereà nobiles VVedige, Otto, Comes de Everstein. Jubico Domicellus de VVollin & etiam Hinricus de Zajenas, Marscalcus noster & plures alii fide digni, ut autem horum omnium vigor & robur præscriptorum in sempiternum perseveret & maneat

in

inconvulſum præſens inſtrumentũ inde contentum ſæpe dictis Epiſcopo & Eccleſiæ cum ſigillorum noſtrorum appenſione duximus largiendum Actum Cammin & datum ibidem per manum Magiſtri Rudolphi, curiæ noſtræ Notarij, anno Domini M CC. LXXVI. (e)

## ANIMADVERSIONES.

(a) HOc inſtrumentum Emtionis venditionis exhibet B. Cosmus von Simmer in Simmers Campo/ S. Cæſ. Maj. Aulicus nobilis, *in Coſmograph. ſuâ MSS. part. 2. pag. 1199.* ubi agit de Germaniâ, & in ſpecie de Pomeran. & patriâ ſuâ Colbergâ.

(b) *Advocatia, Advocatus*, ſæpe occurrunt in hujus ævi Diplomatibus, Advocatus autem in latino ſermone dicitur, qui alteri adeſt in cauſâ, συνήγορος, ein Beyſtand im Rechten/ ein Fürſprecher/ παράκλητος, quomodo peculiariter dicitur Spiritus Sanctus. Hic autem ſignificat Præfectum, einen Voigt/ e. g. Land-Voigt uff Rügen/ Stiffts-Voigt im Biſchthum Cammin, quod officium tamen deſiit, poſtquam Epiſcopatus in ſecularem ſtatum mutatus eſt, Lands-Voigt zu Stolp/ Greiffenberg/ Gerichts-Voigt in einer Stat/ inde Advocatia, die Voigtey. Hodie Terra Advocatorum, Voigts-Land/ in confinijs Saxoniæ nomen etiam retinet. quam Hinricus Romanorum Rex circa A.C. *1364* ſubjecit Parthenotropio Quedelenburgenſi, conſtituens quatuor per terræ angulos totidem Advocatos nobiles, qui Barones dicuntur, de Wida, de Gera, de Ruſſe, de Plawe, habet Albertus CRANTZIUS, *Saxon. lib. 9. cap 33. pag. 691.*

(c) Vid. *Joh.* MICRÆL. *Pomer lib. 6. cap. 17. pag. 402.*

(d) Accepit ſanè ante A C. *1276* hæc civitas Privilegia non contemnenda, ex quibus ſequentia vidi excerpta, & quibus adhuc per Dei gratiam in hodiernum, exceptis temporalibus, gaudet diem; nempe, A. C. 1255 decimo Calend. *Junij Hermannus Epiſcopus, & VVartislaus, Dux Diminenſis*, civitatem Colberg *Teutonicus jure Lubecenſi*

quinq;

quinq; annis liberam donaverunt possidendam, ut eodem jure eademq; in perpetuum gaudeant libertate. Deinde centum mansos, (100 Hussen Landes) qui coli possunt. Tertio, pascua & paludes inter Persantam & Regam. die Weide und Morast/ zwischen der Persante und Rega/das Side-Land genant. Quarto, Piscationes in fl. Persanta & salso mari, in quantum attingere possunt. Quinto, jus destruendi omnes clausuras (Schleußen oder Wehre) in fl. Raddui & Persanta, quæ ad opus Civitatis nocivæ fuerint. Sexto, ligna, ad ædificia incidendi, ubicunq; voluerint, per quinquennium. Septimo, de censu sartaginum sic constitutum, ut de parva sartagine singulis annis persolverentur quatuor pondera salis, de majori, cum ipsa uti contigerit, octo pondera, qui census neq; augeri, neq; minui debebat. Octavo, modius in annona, sale & aliis cum theolonio idem esse debebat qui in Civitate Grypeswold habebatur. Nono, Nemus, quod ad mare jacet, perpetuò donabatur. Deniq; controversiæ super aliquo articulo civilis consvetudinis sive juris, per Consules civitatis Gripeswold definiri debebant. Testes nominantur Milites, Bispranus Bertoldus, Advocatus in Gripeswold, Fredericus de Indagine, *Johannes* de Keseltin Consules in Gripeswold, *Jacobus* de Trepetowe, *Johannes* Palbiz, Wasmodus Hildebrandus de Luneborch, Conradus Balbus, *Johannes* Vole, Arnoldus de Wittenborch, Emelricus *Johannis* de Lubeke, Bernardus Hinricus Sartoris, Consules de Colberg. Data Colbergæ. Confirmata cum aliis Privilegiis Episcoporum Hinrici & Friderici, ab Episcopo Martino A.C. 1498.

(*e*) Donationem hanc, emtionis venditionis titulo factam, Wartislaus, Dux Schlavorum, Cassubiæ & Pomeraniæ, Bogislai filius & Barnimi nepos confirmavit A.C. *1321*. Cui Testes interfuerunt Henningus Bere, Ducis Marescallus, *Johannes* Steinwehre/ Theodoricus Scherff/ Ulricus Hederich/ Milites & Consiliarij.

Colbergam urbem esse vetustissimã, monumenta docent historiarũ. Dn. Christoph. HARTKNOCH: *Respubl. Pol. lib. 2. c. 3. p. 297* non sine ratione affirmat, quod A.C. *965 Episcopatus Colbergæ* fuerit institutus, quamvis rerum Polonicarum Scriptores quidam, illum Cammino, sed erro-

nec tribuant. DITMARUS Mersburg. auctor pene αὐτόπτης, *Chron. lib 4, pag. 84 Edit. Mader.* testatur, Imperatorem Ottonem III. A.C. 999. Gnesnensem Ecclesiam Archiepiscopalem fecisse, eidem subjiciens *Reinbernum, sanctæ Cholbergensis Ecclesiæ Episcopum*, Popponem Cracuensem, *Johannem* Wiotislauensem, Ungero Posnaniense excepto. Cui assertioni adstipulatur biga Virorum excellentissimorum, inq; Europæ antiquitatibus versatissimorum, *Johan.* CLUVERIUS in *Epit: Histor. totius mundi* pag. 454. b & Hermannus CONRING, *de finib. Imper. German. lib. 1. cap. 18. pag. 311.* Atq; idem DITMARUS *lib. 7. pag 228.* refert, memoratum Reinbernum seu Reinberneum A. C. 1018 è sinistra suspicione carceri inclusum in eoq; martyrium absolvisse, quæ non minima urbis hujus laus est, quod antiquissimis temporibus *sancta* fuerit nuncupata, unde insequenti tempore Heiligen Berg pro Colberg ab exteris populis fuit dicta, uti apud *Joh.* Isac. PONTANUM *rer. Danic. lib. 7.* In Diplomate ab A.C. hoc nomine insignitur. Alteram celebritatem à *Salinis* accepit, ut etiam *salsa Colberga* jam ante susceptum primum Christianismum appellata fuerit ab eodem DITMARO *d. l.* add. Martinus ZEILERUS, *in Topograph. El. Brandeb. & Duc. Pomer. Tit. Colberg. Edit Meriana de A. C. 1652. EJUSDEM Fidg Achates 29. Reiss. pag. 141.* tertiam laudem *à navigatione & mercatura* habet, quemadmodum enim diu ante Helmoldi, Presbyteri Buzoviensis tempora. Slavi omnes, sic etiam inter eos Colbergenses mei *unicam spem & divitiarum summam in navibus habuerunt*, ceu loquitur HELMOLDUS *Chron. Slavor. lib. 2. cap. 13. num. 7. pag. 238.* ut Otto Bambergensis Pomeranorum ille Apostolus, cum A.C. 1124 appelleret, urbem hanc Christo lucraturus, *Cives pene omnes exteras insulas causa negotiandi navigasse*, acceperit ab illis, qui domi reperti sunt, verba sunt Scriptoris *Anonymi Vita Ottonis Bamberg. lib. 2 cap 37. pag. 523 Editionis* JASCHIANÆ, ut adeo mirum non sit, hanc urbem ferè ab initio fœderis Hanseatici ejus nobile fuisse membrum, ceu ex infallibilibus documentis ostendi in *Annalibus meis Colbergens. MSS. ad A. C. 1304* atq; ex *Joh.* Isac. PONTANI *rerum Danic.* & *Johan.* Angelii à WERDENHAGEN *Rep. Hanseat. libris* constat, ibiq; Pacificationum Instrumentis verbotenus

in ser-

insertis, liquido apparet, eam semper ob navigationis & portus marini commoditatem magni fuisse æstimatam, ut etiam Laurentius PAULINUS, GOTHUS, *Histor. Arctoæ lib. 2 Cap 75. pag 392* vocaverit *Colbergam maris Balthici claustrum* & summam Episcopatus Camminensis spem, atq; Petrus Baptista BURGUS, Genuensis, *in Marte Sveco-Germanico lib. 2. num. 4. pag. 115 ad A. C. 1631 Ed. Colon.* hæc emphatica habet verba: Sedet Colberga ad mare Balthicum, *tutissimo contra omnem ventorum impetum portu ornata*, atq; adeo forti situ munita, ut Rex (Sveciæ) oppugnationem tentare respuerit; Pomeraniæ Borussiæq; invadendis commodissima; *neq; poterat Rex quietè has Provincias possidere, dum hæc atq; Vismaria, celebris item ejus maris portus, Cæsari obedirent: navium enim commoditate, Vismariâ Colbergam miles devehi, atq; inde eas Provincias infestare poterat.* add. Conte GALEAZZO GUALDO *delle Guerre Europ. dall' anno 1630, fino all' anno 1640. lib. primo, pag. 35.* Joh. Angelus à WERDENHAGEN *d. Tract. part. 3. cap. 23. pag. 697. Portu optimo*, inquit, *ex Persante fluvio* utuntur Colbergenses, quum locus mercaturæ sit convenientissimus. & *paulo post*: Hollandi quoq; & Belgæ, eo portu in lanæ coemptione & frumentorum frequenter hodie utuntur. Imo eò potentiæ è mercaturæ reditibus devenit, ut pauci aliqvi cives classem navalem A. C. 1300, in mare Balthicum ad retundendas Francigenarum, Britonum, Scotorum & aliorum rapinas eduxerint. Vid. *Annal. Colberg. ad A. C. 1300.* Inde in freto Danico Oresund. & Belthensi vectigalium libertatem A. C. 1560 præ multis aliis, cum paucarum civitatum Pomeranicarum numero accepit. Vid. Odensische Vertrag und Abschied de A. C. 1560 d. 25. *Julii.* Friedens-Vertrag bey Brömsebroo/ A. C. 1645 d. 13. August. auffgerichtet/ §. 34. quâ insigni libertate adhuc, per Dei gratiam, fruitur, & ut semper ab eam indemnis maneat, per speciale sacramentum, vulgo Profession-Eyd/ urbis Senatus Mercatores & exterorum Institores, Cives suos quos Factoren vocant, adstringit, quod in Recessibus Hanseaticis fundatum est, vid. *Joh. Angel.* à WERDENHAGEN, *Rerpubl. Hans. libri passim*, *addatur Joh MICRÆLIUS Pomer. lib 4. ad A. C. 1606. cap. 7. pag. 7. & ad A. C. 1618 cap. 8. pag 105.* Deniq; celebritatem à multis retro seculis (A. C. 1105) etiam habuit *à fortitudine* Ci-

*vium & Martijs propugnaculis*, teſtimonia habemus omni exceptione majora ab ipſis tum temporis hoſtibus acerrimis, nunc vicinis ſvavisſimis, Polonis. Vid. Matthias de MICHOVIA in *Chron. Regg. Polon. lib. 3. cap. 7. in Corpore Hiſtor. Polon. Tom. 2. pag. 47.* Martinus CROMERUS *de Orig. & reb. geſtis Polonorum* lib. 5. pag 72. Salomon NEVGEBAVERVS à Cadano, *Hiſtor. rer. Polon. lib. 3. pag. 79.* Et ut Dionyſij von der Oſten/ Equitis & Clericorum belli Ducis atq; ejusdem Locotenentis Rudigeri de Maſſau inimicitias & urbis hujus oppugnationes, de quibus ſupra pag. 116 allecti autores videri posſunt, & ſimiles, olim, ubi vis potior erat jure, Gverras, ut tum loquebantur, prætercam, nota eſt, obſidio Svecorum contra Cæſareos A.C. 1630 tentata, ubi tandem 1631. d. 2. Martij per deditionem, certis & æquis conditionibus, pulſo Cæſareano milite, urbs hæc in manus pervenit Svecorum de qua obſidione ejusdemq; ſolutione Carolus CARAFFA, Epiſcop. Averſanus & poſtea S.R.E. Cardinalis, Princeps Italus, *part. 2. Commentar. de Germaniâ ſacrâ reſtauratâ pag. 432*, hæc habet: Venerat circa eos dies in manus Svecorum Colberga, à præſidiarijs poſt longam obſidionem decoris conditionibus dedita: nam cum eduliorum inopiâ Cæſareani laborarent, neq; ſubſidij ſpes eſſet, menſe Martio cum hoſte pacti ſunt. Exivêre ex eâ arce VI Equitum turmæ & IX peditum ſigna, cum armis, ſarcinis, ardentibus funiculis, ſonantibus tympanis ac duabus machinis, relictis tamen vexillis, quæ à Svecis impetrare tranſigendo non potuerant. Fuit hujus *arcis deditio magni momenti*, non omiſſa ſolum magnâ militarium apparatuum copiâ, & multis diverſarum magnitudinum tormentis, *ſed & ipſâ loci opportunitate*, quâ Cæſarei privati ſunt. quæ ipſisſima verba etiam refert ſupra allegatus Pet. Bapt. BVRGVS d. *lib. 2. n. 4. pag. 114.* Prolixè de hac obſidione ſcripſerunt Matthæus LVNGWITZE im dreyfachen Schwedischen Lorbeer Krantz/andern Theil *cap. 47. pag. 318* & *cap. 56. pag 373. & ſeqq.* Bogislaff Philip von KEMNITZ Königl. Schwedischen in Teutschland geführten Krieges 1 Theil 2 Buch/ *pag. 87. 89. 121. 122.* &c. Conte GUALDO *d. lib: pag. 46.* B. Matthias KEMPIUS, Eccles. Carrineuſ. Capituli, Colberg. Paſtor, hos

Col-

Colbergensium tribulationis & liberationis annos sequenti expressit Epigrammate.

Viginti septem anni ierant post sexq; decemq;
Secula, ut ANDREÆ lux erat orta sacri,
FVNFKIRCHERVS init *Colbergam* milite primus,
Templa ubi Cæsarei quinque dedêre solo.
Post tres demum annos, totidem mensesq; diesq;,
Ac horas exit Cæsaris urbe manus:
Quam REGIS SVECI GVSTAVI cinxit ADOLPHI
Menses quinque dies sex quatuorq; cohors.

Martinus ZEILERVS *in fido Achate, 29* Reiß *pag. 141. Tit. Colberg* inquit: Es ist diese Meer-Stat der Zeit eine gewaltige Vestung/ dem Herrn Churfürsten von Brandenburg gehörig etc. addatur ejusdem Handbuch/ part. 2. Tit. Vestungen/ *p. m. 538.* & Constantini GERMANICI *Itinerarium Germaniæ Politicum p. 273.* Fortalitia habet (Serenisf. Elector Brandeburgicus inquit) egregia, Custrinum, Spandoviam, Driesam, Colbergam, Mindam, Lipstadiam. Cæterum, quod attinet Controversias, (de quibus inter alia Privilegium de A. C. 1255 disponit) super aliquo articulo civilis consvetudinis sive juris, per Consules civitatis Gripswaldensis definiendas, notandum hic est, quod tum temporis Appellationes ad Principes aut judicia aulica, utpote quæ nondum extitere & uti nunc fit, devolvi non potuerint, sed post aliquot demum secula introducta esse, testatur Valentinus ab EIKSTET *in Chron. MSS. in Vita VVartislai IX. ad A. C. 1422,* quo tempore in Pomeraniâ Citeriori, in Vor-Pommern/ die Burg-Gerichte und Land Voigdeyen & mox die F. Hoffgerichte initium sumsêre, quibus judiciis dictus Wartislaus, Dux, præfecit Prälaten/ Manne und Städte/ verbis: Weil Hertzog Wartislaff von Wollgast befunden/ das die Bonowen/ Bugenhagen/ Beeren und ihre Freunde/ sich unter einander verfolgeten/ auch den Städten Schaden theten/ hat er einen gemeinen Landtag ausgeschrieben/ die Sachen erwogen/ auch Burgrecht in allen Aembtern/ desgleichen zu Bürgerlichen und Lehn-Sachen Hoffgerichte zu den Quatertem

pern zuhalten/ und das Gerichte durch die Prälaten/ Manne und Stätte zubesetzen verordnet. Durch solche löbliche Ordnung seind alle thätliche Handlungen abgeschaffet/ auch Friede und Recht/ neben sti guter Zuversicht/ wiederum gestifftet und stabiliret. In Pomerania vero nostrâ ulteriori & Episcopatu Camminensi longe post salutaris illa ordinatio facta est. Quomodo autem hæc judicia postmodum variè mutata sint, tradit ex parte *Joh.* MICRÆLIUS, *Pomer lib. 6. cap. 14. pag. 431. & seqq.* Ideo cautum est in Privilegiis urbium veterum & fundationibus novarum, ut Provocationes fierent in controversiis civilibus ad Senatum urbis alicujus vicinæ, sic Friderici Episcopi Camminensis literæ fundationis oppidi Bublitz disponunt, ut in ejusmodi controversiis provocetur ad Senatum Colbergensem, verbis: Thom ersten sunderen und befastigen de Stat mit Lübeschem Rechte/ des sick de Börgere darer ewegliek bruken scholen/ under vörigem Lübischen Rechte unde Rechte mit Mate/ Schepele unde Münte/ geliker Wyse use Stat Colberge in Brukenisse hefft/ uthgenahmen ein/ dat Se in vordächtigen Ordelen effte Sententien/ an de Stat Colberg appelleren muhten. Tractu autem temporis invaluit, ut civitates, quæ jure Lubecensi utebantur, non Pomeraniæ tantùm, sed etiam Livoniæ, Prussiæ, Megapoleos, & Holsatiæ quatuor, ad Senatum Lubecensem appellarent, uti *JURIS LUBECENSIS Præfatio pag. 1.* hoc docet, quod Pomeraniæ Duces & Episcopi Camminenses suis Civitatibus plerisq; tandem concedere noluerunt, unde Senatus Colbergensis ad Cameram Spirensem provocavit, cum Episcopus ante centum & triginta circiter annos Appellationes versus Lubecam inhiberet, atq; postea *Johannes Fridericus* Dux Pomeran. & Episcopus Camminensis Tractatus inter alia etiam de eâ Appellatione cum Senatu Colbergensi A. C. 1572. d. 11. Iulii institueret. Senatus declaratio hæc fuit: Wegen der Appellation nach Lübeck/ erkläret sich E. E. Raht/ das Sie niemand verboten ans Bischöffliche Hoffgericht zu appelliren/ sondern geschehen lassen/ das ein jeder/ Fremd oder Einheimisch/ möchte entweder nach Lübeck oder ans Bischöffliche Hoffgericht/ nach gefallen appelliren. Quamvis

vis verò litispendentia Spiræ à Senatus parte facta, tamen nullas posthac Provocationes ad Lubecenses Senatus litigantibus concessit. Stralesundium autem illud jus diu adhuc retinuit, & tandem obtinuit Electionem, seu Lubecam, seu ad Dicasterium Ducale appellare partes vellent, uti testatur Erb-Vertrag/ zwischen Hertzog Philippo Julio zu Pommern und der Stat Stralsund/ den 11. Julij Anno 1615 auffgerichtet/ num. 5. ibi: Das die Appellationes vom Stralsundischen Rahte nirgend anders/ als an den Raht zu Lübeck und folgig an das Käyserliche Cammer-Gerichte gebracht werden müßen / und derowegen dabey Enderung zumachen Bedencken getragen/insonderheit/ weil gemeltem Privilegio Appellationis andere ansehnliche Gerechtigkeiten / und in specie auch das Privilegium de non evocando mit anhängig were. Dieweil gleichwol hochgedachte S. F. G. für unziemlich erachtet/ wann S. F. Gn. Unterthanen zum Stralsunde an deroselben Hoffgerichte sich beruffen/ daß deßen unangesehen S. F. Gn. als Landes-Fürstliche Obrigkeit/ gantz vorbey gangen und nicht respectiret werden solten/ und derwegen gnädiglich begehret/ inmassen auch die Bürger mehrentheils darüm angehalten/ einig gewesen / und dabey beharret haben/ das zwar Appellatio nacher Lübeck allen denjenigen/ so dazu wehlen wolten/ins künfftige frey behalten / und nicht gewehret / dabey aber männiglich frey seyn sol/ weme solches geliebet wird/an das Fürstliche Pommersche Hoffgerichte/ und nicht nacher Lübeck zuappelliren/ so ist endlich solche Freystellung der Appellation von des Rahts Urtheilen und Bescheiden/von allen Theilen mit folgender ausdrücklichen modification eingewilliget worden. Zum ersten/ das ietzt gedachte Freystellung/ geregtem Privilegio de non evocando allerdings ohn præjudiß und Nachtheil seyn sol. &c. post alia. Was aber andere Bürgerliche Sachen belanget/ von welchen sonst vermüge der Rechte appelliret werden kan/ sol einem iedern von des Rahts zum Stralsunde End-Urtheil oder auch Bey-Urtheil/ so dieselbe ei

Krafft

Krafft eines EndUrtheils in sich hätte/ an das Pommersche Hoffgerichte/ oder auch einen Erbarn Rahte zu Lübeck/ zuappelliren frey stehen/und diese Freystellung und Election zu ewigen Zeiten in keine necessität gezogen werden. &c. & iterum post alia. Zum dritten/ wann iemand in nicht excipirten und erlaubten Fällen von des Rahts Urtheilen oder Bescheiden an das Fürstliche Hoffgericht/oder an den Raht zu Lübeck/wie obgedacht/ appelliret/ So sol der Appellante/ wo appellatio viva voce nicht geschehen/Instrumentum appellationis oder dessen gleichlautende à Notario appellationis subscribirte Copey/ dabey auch Zehen Gülden erlegen/ auch zugleich in offenem Gerichte eigener Person/den gewöhnlichen appellation Eyd schweren/ und Caution wegen der Unkosten bestellen darauff sol der Raht der Appellation unweigerlich zudeferiren/ und der Appellant schuldig seyn/seine Appellation/wann dieselbe ans Fürstliche Hoffgericht dirigiret/ innerhalb drey Monaten nach interponirter appellation anzurechnen/mit Ausbringung der Proceß/und wo Appellatio nacher Lübeck gerichtet/daselbst auff dem vom Rahte zum Stralsunde bestimmeten termino, welcher auch auff drey Monat sich erstrecken sol/ zu prosequiren/ sonsten aber und da der Appellant solches alles nicht thun wird/ der appellation ipso jure ohne einige fernere Rechtliche Erkäntnüs und Erklärung verlustig seyn/ und die Urtheil/ davon appelliret/ vom Rahte zum Stralsunde exequiret und vollenstrecket werden. & iterum: Zum vierten/ da einer der streitigen Partheyen in einem Punct des Urtheils an das Hoff-Gerichte/das ander aber im andern Puncte desselben Urtheils an den Raht zu Lübeck appelliren/oder unterschiedliche Appellanten solches in einerley Sachen thäten/so sol die gantze Appellation-Sache an das Gerichte/dahin erstlich appelliret worden ist/ gäntzlich devolviret und erwachsen seyn/ auch daselbst allein anhängig gemacht/verfolget und erörtert werden. &c. Iterum post alia: Zum Fünfften/ sol so wol dem Rahte als Stralsundischen Bürgern frey stehen/ von der Hoffgerichts oder zu Lübeck ausgesprochenen Urtheil/

es sey dieselbe doselbst/ oder von einer Juristen Facultet oder Schöppenstul verfaßet/ ans Käyserliche CammerGerichte zu appelliren/ und sollen darauff nach insinuirten Käyserlichen compulsorialen und geleisteten gewöhnlichen Appellation-Eyde/ den Appellirenden Raht und Stralsundischen Bürgern die Abschrifft der vollenkommenen Acten unter des Hoffgerichts Siegel um billige Schreibgebühr/ derer Taxa zu Ende der Acten verzeichnet werden sol/ mitgetheilet werden. Post cætera: Zum eilften/ daferne in Fällen/ da nach Lübeck die Appellatio erwehlet/ doselbst eines Erbarn Rahts zum Stralsunde ausgesprochene Urtheil confirmiret/ oder reformiret/ und ferner ans Käyserliche Cammergerichte nicht appelliret/ oder auch die Appellatio gebührlich nicht prosequiret/ und ein Erbar Rath die Execution der erhaltenen Urtheil/ zu vollenstrecken sich verwidern würde/ so sol das zu Lübeck obsiegendes Theil/ auff fürgezeigten gnugsamen Schein/ verweigerter Execution/ um Executoriales der zu Lübeck erkanten Urtheil/ den Regierenden Landes-Fürsten/ Wollgastischen Orts/ zuersuchen/ und dadurch die Execution zubefordern bemächtiget seyn. &c. Deniq; hæc Cautela sequitur. So viel aber zum Sechsten/ den Punct der Oberjurisdiction in den Stralsundischen Landgütern betrifft/ ist verabredet/ da iemand einen oder mehr Bürger zum Stralsunde wegen ihrer habenden Landgüter besprechen wolte/ das er daßelbige vor dem Rahte in erster Instantz thun und fürnemen solte/ doch das derjenige/ so sich durch des Raths Urtheil beschweret zuseyn vermeinet/ von demselbigen nicht nach Lübeck/ sondern an J. F. G. Hoffgerichte appelliren müge/ und wil der Landes-Fürst/ so hierüber abgehen/ Sie seyn vom Rahte zum Stalsunde/ Hoffgerichte oder am Käyserlichen CammerGerichte gesprochen/ dem Raht zu exequiren befehlen.

# VII. DIPLOMA.

## FUNDATIO PARTHENOTROPII COLBERGENSIS AB HERMANNO EPISCOPO CAMMINENSI FACTA A. C. 1278. (a)

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Amen.

HERMANNUS Dei gratiâ, Camminenſis Eccleſiæ Epiſcopus, omnibus in perpetuum. Quoniam decreſcente conditione humani generis, & labente probationis copia, ſuper his quæ ſunt rationabiliter ordinata conſvevit ſæpius deperire. Ideo utile judicatur, ut ſuper his quæ acta ſunt, ad cavendum futuris fiant publica munimenta. Ad ſingulorum igitur notitiam, tam præſentium quam futurorum volumus pervenire, quod juxta ſuſceptum Pontificalis officij debitum, intendentes cultum divini nominis ampliare in honorem intemeratæ ſemper virginis Mariæ, in (*b*) antiqua civitate Colbergh, ubi quondam Domino deſervierant Canonici Colbergenſes, ſub obſervantiâ Regulæ Beati Benedicti Clauſtrũ Sanctimonialium ſtabiliendum decrevimus & fundandum: Et ne ipſum Clauſtrum & perſonæ, quæ ibidem pro tempore fuerint, ſine noſtro ſubſidio maneant temporali, quia Spiritualia ſine temporalibus ſubſiſtere diu minimè poſſunt. Ipſi clauſtro dedimus & appropriavimus locum illum tam in vertice quàm in valle, ubi apud ipſum clauſtrum quondam fuerat quoddam caſtrum, cum attinentiis illius loci, & omne jus & utilitatem quæ in ipſo loco & ſuis terminis dinoſcimur habuiſſe tam de (*c*) ortulanis quam de aliis, Volentes ut de ortulanis cum

Col-

Colberg fuerimus, ad coquinam nostram nobis caules & olera ministrentur, ad tempora vitæ nostræ, nullo valente ab ipsis ortulanis caules vel olera cum Colberg non fuerimus extorquere. Item dedimus ipsi clauſtro villam VVobrote infra terminos ejus, cum judicio colli & manus & civili, nec non omne jus, quod in ipsa villa & terminis suis, in aquis & aquarum decursibus, paludibus, pratis, pascuis, viis & semitis dinoscimur habuisse, vel haberi poterat in futuro. Item dedimus proprietatem agrorum allodii dicti Colk, cum terminis suis, & ipsum locum allodii cum aquis & aquarum decursibus, paludibus, pratis, pascuis. Simili modo donavimus proprietatem, ipsi claustro allodij & agrorum quondam (*d*) sancti Spiritus in Colbergh cum terminis suis, & his, quæ in aquis, paludibus, pratis, pascuis, infra ipsos terminos continentur, & omne jus & utilitatem, quæ in omnibus prædictis & quolibet prædictorum habuimus, vel â nobis haberi poterat in futuro. Prætereà dedimus ipsi claustro in terminis nostris, ad usus ipsarum Sanctimonialium, unam navem liberam, cum (*e*) aletia capiuntur, districtius sub interminatione anathematis inhibentes, ne quis huic nostræ donationi audeat contradicere. Ut autem contra prædicta malignandi animus præcludatur, præsens scriptum sigillo nostro jussimus roborari. Testes

hujus sunt Henricus Thesaurarius Cammin: item Otto domicellus Comes de Everstein, prætereà Bartholdus Thuringus, David & Segelin fratres de Greben, Ulricus & Fridericus fratres de Bevenhusen, ac alii plures tam Clerici quam Laici fide digni. Datum Colberg per manum Magistri Johannis nostri Notarii, anno Domini millesimo, ducentesimo septuagesimo octavo, quarta decima calendas Julii, Pontificatus nostri anno vicesimo quarto.

## ANIMADVERSIONES.

(*a*) Fundationis hujus copias accepi ex Archivo Civitatis patriæ Colbergæ.

(*b*) Antiqua Civitas Colbergh est locus iste, qui adhuc dicitur die Alte Stat/ ad Persantem fl. non procul ab hodiernâ Colberga situs, translocatio autem quando facta sit, non constat, nec quenquam hoc determinare posse, existimo, cum neq; Pomeranis neq; vicinis populis ulla, ob defectum veterum Historicorum, supersint vetustarum rerum monumenta, literarum enim prorsus ignari, atq; in præclaris rebus gerendis quam in iis quæ gessissent, memoriæ prodendis, occupatiores olim fuerunt, & testatur Alexander GVAGNINUS *in descriptione compendiosa Polon. corp. Hist. Pol. tom. 1. pag.* 33. demum A.C. 796 Michaëlem Curopalatum Imperatorem Constantinopolitanum Characteres ad scribendum Bulgaris misisse, quos etiam Rutheni & eorum vicini populi tandem susceperunt, à quo tempore illa quæ poterant ante & post gesta recordari, literis mandarunt, quæ tamen rapinis & incendiis expositæ fuerunt, addat. Alberti CRANTZII *VVandal. lib.* 1. *cap.* 3. *pag.* 5. Frequentes etiam istis temporibus fuisse urbium translocationes, exempla habemus non pauca, de Lubeca urbe imperiali testa-

ſtatur HELMOLD: *Chron Slavor. l. 1 cap. 57. n. 4.* quod A.C. 1140 Adolphus Comes propter competentiam loci portumq; nobilem cœperit ædificare civitatem vocaritq; eam Lubeke, eo quod non longè abeſſet à veteri portu & civitate quam Hinricus Princeps olim conſtituerat. Quoties Lubeca locum mutaverit, oſtendit Henricus BANGERTUS *in Notis ad Helmold. l. c. pap. 139.* è Chronico Lubecenſi membranaceo, quod A.C. 1385 à Lectore ordinis Franciſcani conſcriptum eſt. Quare autem noſtra Colberga in præſentem locum tranſpoſita ſit, facilè licet colligere ei, cui ea cognita eſt, nempe, ob Salinas, hic enim diverſos habet fontes, non procul ab ſe invicem diſſitos, deinde propter propinqui maris portuſque commoditatem.

(*c*) Vid ſupra pag 163. lit. b.

(*d*) Monaſterium hoc ob rationes in ſequentibus translationum & deſuper datarum confirmationum inſtrumentis adductas è veteri Colberga in hanc noſtram urbem tranſpoſitum eſt, primò in locum ubi hodienum eſt *templum & hoſpitale S. Spiritus*, deinde eò ubi adhuc exſtat ipſum Cœnobium monialium, locus tum dictus *Domus ſancti Spiritus* (de quo loquitur Diploma Barnimi Ducis Slavorum Præpoſito totiq; Capitulo Colbergenſis Eccleſiæ A. C. 1266 dato, ubi *novum hoſpitale ſancti Spiritus* dicitur, quod diploma integrum lectori exhibet Cl. Dn. L. Val. JASCHIUS *in obſervation. Hiſt. Andreæ Abbatis additis pag. 475*) hodiè das Kloſter und die Kloſter Kirche/ quæ, quod huic loco lucis aliquid allatura ſint, quamvis aliquantulum prolixa, ſubjungo: BENEDICTUS, *Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Eccleſiæ Camminenſis, univerſis & ſingulis utriusq; ſtatus Chriſti fidelibus hominibus præſentibus & poſteris præſentes noſtras literas inſpecturis ſeu lecturis ſalutem in Domino ſempiternam, ad perpetuam rei memoriam. Curam paſtoralis nobis commiſſi officii tunc rectè exequi arbitramur, cum piis prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes ea quæ per eoſdem prædeceſſores noſtros præſertim propiorum locorum Eccleſiaſticorum ac monaſteriorum fundatione inſtauratione & erectione rationabiliter conceſſa & indulta exiſtunt noſtris etiam autenticis literis, ne in futurum ſuper iisdem aliquatenus contingat hæſitari, ſtabiliendo roboremus. Sane vidimus & in*

excurrentes, adeo ut veresimiliter timeretur, ut nisi de remedio provideretur oportuno, ipsi hostes eorum stationem ibidem firmarent, unde irrecuperabile damnum & forsitan excidium sæpe dicto nostro oppido immineret quibus oportuna circumspectione consideratis Consulatus & universitas prænominati nostri oppidi ad reverendum in Christo Patrem Dominum Henningum piæ memoriæ quondam Episcopum Camminensem nostrum prædecessorem ante dicti oppidi dum vixit ordinarium & temporalem Dominum recurrerunt statumque hujusmodi rei sibi exponentes eâ quâ decuit instantia supplicarunt, ut pro salute eorum patriæ ac præfatarum Sanctimonialium pace ac honestate eis liceret dictum monasterium diruere soloque æquare & Priorissam ac Sanctimoniales una cum aliis personis ejus ad dictum nostrum oppidum Colberg transferre & competentem locum pro earum habitatione & monasterio eis assignare ac pro perpetuis temporibus largiri. Super quibus omnibus & singulis idem reverendus Pater Episcopus Henningus noster prædecessor matura habita deliberatione tandem saluti & conservationi dicti oppidi & honestati ac securitati earundem monialium piè providere cupiens, supra dictis Consulatui & universitati ejusdem nostri oppidi annuit & concessit, suamq; authoritatem & decretum interposuit, ut commemorato monasterio funditus deleto, Priorissa. Moniales, & personæ illius ad idem oppidum transferentur competenti tamen & honesto loco pro illarum habitatione & Monasterio conversatione & divini cultus exercitio in ipso oppido per consulatum & populum ejus prius eis pro perpetuis temporibus assignato tradito & donato. unde sæpe dicti consulatus & populus Colbergensis mox præfatum monasterium destruxerunt ac solo æquarunt. Nec non Priorissæ monialibus & personis illius in commemoratum oppidum Colberg translatis & introductis quandam Ecclesiam sancti Spiritus vulgariter appellatam in eodem oppido sitam cum curiâ illi annexa & cellis circumquaq; constructis in quibus quædam mulieres continentes habitare consueverant, nomine & loco hujusmodi translationis sibi & eorum oppido ut præfertur concessisse irrevocabiliter pro illarum monasterio jam diruto assignarunt, tradiderunt & donarunt, & quia dicta Ecclesia sancti Spiritus cum curiâ & cellis sibi annexis tum propter situm & ejus fines tum propter defectum & insufficientiam ædificiorum prænominatis Priorissæ & monialibus competens habitatio non erat pro ut nec est

de

*succedentium monasterio & habitatione in perpetuum. Solum rogantes ut ipse Consulatus de bonis communitatis quantum sibi juxta bonam conscientiā placuerit aliquod subsidium charitativum pro suorum ædificiorum in dicto loco erectorum & denuo ut necessitas p posceret erigendorum complemento eis præstet. Nec non sæpe dictæ Priorissæ & moniales de similibus earum Præpositi consensu propiáq; maturâ deliberatione in hujusmodi translationem lociq; traditionem largitionem ac libertatis jurium & privilegiorum suorum conservationem contente, præfatum Consulatum & communitatem Colbergensem de prioris monasterij ipsarum extra & apud muros Colbergenses ut præfertur olim siti destructione, diruitione & solo æquatione pro se & eorum heredibus in perpetuum recipientes manibus hinc inde stipulatis absolverunt & liberarunt, quæ omnia & singula præmissa ante dictæ Priorissæ moniales & Præpositus earum ex una. Nec non Proconsules & Consules sæpe dicti oppidi nostri partibus ex altera pro se eorumq; heredibus in perpetuum promiserunt. Una pars alteri, & altera alteri omni tempore in ævum firmiter tenere, & observare, & nullo unquam tempore vel per alium seu alios eis contradicere, facere vel venire, & petierunt super his omnibus præmissis authoritatem & decretum nostrum interponi.*

*Nos ergo Marinus Episcopus ante dictus hujusmodi translationem urgente necessitate pro salute ante dicti nostri oppidi Colberg. Nec non pro tranquilla & honesta dictarum Priorissæ monialium vitâ & conversatione per commemoratum piæ memoriæ Henningum Episcopum Camminensem nostrum prædecessorem fuisse & esse factam ac considerantes dictum locum Novi Hospitalis sancti Spiritus præfatis Priorissæ & Monialibus pro earum Monasterio & habitatione esse satis congruum & convenientem, sæpe dictas translationes cum omnibus conditionibus articulis & clausulis superius contentis approbavimus & confirmamus ac his omnibus authoritatem & decretum nostrum interposuimus & interponimus in Dei nomine & nihilominus venerabili Capitulo prædictæ collegiatæ Ecclesiæ beatæ Mariæ in conservationem cujusdam privilegii à nostris Prædecessoribus Episcopis Camminens ei concessi, quo cavetur quod nulla Ecclesia secularis vel regularis in dicto oppido nostro Colberch ædificet absq; ipsius Capituli expresso consensu pro hujusmodi antedicti monasterii translatione novâq; fundatione erectione & ædificatione cum suis sequelis præsentibus &*

futuris in ævum quatuor marchis vinconeum tantum moderni valoris àprædicto Monasterio ac Priorissæ & Monialibus ejus quolibet anno perpetuis temporibus in die sancti Nicolai Confessoris vel alio quocunq; die utriq; parti magis convenienti realiter sibi solvendum reservamus attribuimus adindicamus, taxamus & concedimus, In quorum omnium robur & fidem præsentibus nostrum Sigillum est appensum. Datum in oppido nostro Colberg die Martis prima mensis Maji Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo primo.

Nos quoq; Benedictus Episcopus Ecclesiæ Camminensis præfatus piis prædecessorum nostrorum vestigiis inhærere cupientes ad preces humiles pro parte devotarum ac religiosarum Priorissæ, Sub-Priorissæ modernarum totiusq; conventus supra dicti Monasterii novi Sanctimonialium ordinis sancti Benedicti intra muros opidi nostri Colberg nostræ Diocesis ut præsenter translati nobis instanter oblatas translationem fundationem instaurationem & erectionem supradictas omniaq; alia & singula in præinsertis nostri prædecessoris literis contenta expressa & latius designata gratas & ratas ac grata & rata more pii Patris quantum in nobis est autoritate ordinariâ admittimus, approbamus, ratificamus, authorisamus & in Dei nomine præsentis scripti patrocinio confirmamus. Et ut etiam de nostro aliquid fecisse videamur, præfati monasterii novi bona, res, proprietates, jura, privilegia & personas tam in eodem professas quam etiam eisdem servientes ac immunitates sub defensione & protectione libertatis ecclesiasticæ recipimus præfatoq; monasterio novo intra muros antedicti nostri opidi translato in quo præfatæ Sanctimoniales ipsarumq; in perpetuum posteræ nunc sunt sive in futurum esse debeant de gratia speciali immunitatem plenariam damus concedimus & tribuimus ipsasq; personas in eodem ut præmittitur professas ac etiam illis servientes eisdem libertatibus privilegiis securitate & immunitatibus liberè gaudere, frui atq; potiri debere prout antea in antiquo Monasterio destructo & solo coæquato gaudebant fruebantur atq; potiebantur gaudereq; frui seu potiri poterant dictâ nostrâ authoritate ordinaria decernimus & declaramus per præsentes, salvis tamen pecuniis Capitulo Ecclesiæ collegiatæ beatæ Mariæ Colbergensis per easdem Sanctimoniales in perpetuum annuatim solvendis, de quibus in literis supradictis fit mentio, in quibus præfato Capitulo per præsentes nullum præjudicium sive

*impedimentum volumus generari. Inhibentes omnibus & singulis utriusq; sexus Christi fidelibus hominibus cujuscunq; status, gradus, ordinis, conditionis aut praeminentiae existant ne contra premissa sive premissorum aliquod quovis quaesito colore facere & attemptare ea infringere vel impedire seu eis in toto vel in parte contraire audeant sive praesumant sub majoris excommunicationis sententia poena sicuti etiam praeter hanc indignationem Dei & sanctorum Petri & Pauli Apostolorum ejus nostramq; Canonicam evitare voluerint ultionem, in quorum fidem & robur premissorum sigillum nostrum majus quo in confirmationibus talium utimur praesentibus est appensum. Datum & actum & decretum in opido nostro Colberg praedicto sub anno à nativitate Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, in vigilia sancti Thomae Apostoli.*

Hoc Parthenotropium post reformationem à B. Luthero factam in pristino mansit statu usq; in A. C. 1587 ubi tractatus inter Franciscum Episcopū & Ducem Pom. atq; Senatum Colbergensem instituti & d 4. Maij initi sunt, in quibus inter alia de hoc Monasterio disponitur, das hinfort an der Zahl 16 Jungfrauen/ derer 7 aus dem Ritter- und 9 aus dem Bürger-Stand/ als Colberg 6 und Cößlin 3 genommen und *praesentiret*/ und mit gewissem zu ende des Vertrages geschriebenem *Deputat*/von des Closters Einkommen/unterhalten werden/und was ihnen also *deputiret*/an guter Lieferung und zu rechter Zeit gereichet und die *Priorin* nach ordentlicher Wahl des *Convents* ieder Zeit erwehlet/ und der hohen Landes Obrigkeit zur *confirmation* benennet werden. *Quod deniq; confirmatum* in Land-Tages Abschied zu Stargard anno 1654 §. Gleich wie wier auch weiter uns gegen die Pommersche Landschafft gnädigst erkläret/ das die in Hinter-Pommern belegene Jungfrauen Klöster/ Marien Fließ und Stolpe inhalt der Landes Verfassung in vorigen Stand hinwiederum gebracht und *conserviret* werden sollen/ als sol auch das Jungfrauen Kloster zu Colberg in seinem Wesen und Stande beybehalten; nach der Verfassung mit *Provisoren* und einem Kloster Voigte / welche nachfolgend in diesem Abscheide benennet seyn/ versehen/ und den ietzo verhandenen Jungfrauen ihre gebührendes Deputat, weil das dazu gehöri-

ge Ambt-Alten-Stat noch in ziemlichem Stande ist/ vollenkommen gereichet werden. *addatur* H', Wier *consentiren* auch *ibi*: Zu *Inspectoren* aber des Klosters Colberg werden verordnet Jochim Henning Schmeling unn Wedige von Ponin/ beyde Land-Räthe/ und vermöge des Klosters-Vertrages der elteste Bürgermeister zu Colberg Lorentz Heicke/ und sollen die *Mandata* und *Instructiones* der vorigen *Inspectoren* in *Archivo* nachgesehen und auff itzt gemelte *Inspectoren* gerichtet und ausgefertiget werden.

(*e*) Donum capiendarum halecum è Rugiâ & Treptoâ ad Rhegam in Scandiam, & è Scandiâ in Norwegiam migravit. *Vel, ut aliud MSS. Exemplar habet.* Donum capiendarum halecum jam non est apud Rugianos, sed Mense Septembri apud Danos in Scandiâ: imò inde circiter annum *1562* tempore belli Danici & Svecici propter strepitum tormentorum bellicorum & nimia onera piscatoribus imposita, in Norwegiam migravit, sunt verba D. *Joh.* BUGENHAGII, *Pomerran. lib. 2. cap. 6. in fin.* ubi quidam sequentia annotavit: juxta Vaticinium R. P. D. *Johannis* Bugenhagii Pomerani, in suo hoc Chronico autumantis tam diu apud Danos hoc donum mansurum, donec Princeps aliquis ut & alibi factum est, piscatores nimio censu gravaverit. Tunc enim fore, ut nec ipse nec alii, Dei judicio, qui talia vult esse communia, multùm commodi ex halecibus sit capturus. Fuit olim captura halecum apud Treptoenses ad Regam, cujus nunc vix tenue vestigium in captis macris halecibus cernitur. add. *Johan.* Angelius à WERDENHAGEN *Rerumpl. Hanseat. part. 3. cap. 23 pag. 674.* Lucas Hansonn WAGENER in seinem See-Spiegel/ gedruckt zu Amsterdam A C. *1589* in Beschreibug des Landes Pommern/ de halecum capturâ sequentia habet: Ehe diese Insul Rügen zum Christenthum kommen/ ist der Hering fang do gewesen/ und von dannen nach Nordwegen/ hernach in Schonen der Dennemarckischen Provintz gezogen. Und ist ietzt zu Mästrand/ aber man hat inner 3 oder 4 Jahren große Minderung und Abgang daselbst gespäret/ und 1587 und 88 Jahren wieder in Schonen ziemlich

lich viel gefangen. Also das da die Wiederkunfft gewünschet und gehoffet wird. IDEM in Beschreibung des Königreichs Norwegen. Der Heringsfang in der Mästrandischen Gegne ist für hundert und 30 oder 40 Jahren über auß groß/ darnach 100 Jahr gantz weggewesen und in Schonen unter Dennemarck zugangen/ ietzt innerhalb 30 Jahren von Schonen gezogen/ und wiederum an diesen Ort kommen und in großer Menge gefangen worden. Im 1582 Jahr ist da ein Hering mit fremden und gleich Greckischen doch unbekanten Buchstaben gefangen/ und nach diesem der Zugang geringert: Und wird daßelbe ein Zeichen des Verlauffs nach vieler Verstand gefürchtet/ wie man den in folgenden 88 Jahr schon Minderung gespüret hat. adde. Beschreib. des Königreichs Dennemarck ibid. De hoc dono Dei O.M. capiendorum Harengorum mare Balthicum apud Germanos superiores & eorum accolas nomen *Maris Harengici* (Hering-See) ante annos ter centos & amplius, accepit, uti edoctus sum è Tractatu Nobilissimi & Celeberrimi JCTI atq; antiquitatum Germanicarum Scrutatoris perindustrii Dn. D. Michaelis PRAUN/ Nobil. Comitis Palat. Cæs. diversorum Imperii Statuum, atq; urbis Imperialis *Kempten:* Consiliarii atq; Syndici, Amici mei singularis, quem honoris ergo nomino, von den Adelichen und Erbaren Geschlechtern in den vornemsten Reichs-Städter/ *cap. 10 p. 152 n. 367 verbis:* Ein Verzeichnüs etlicher Adelicher Geschlechter/ so vor mehr als dritth lb hundert Jahrē auf dem Concilio zu Constantz gewesen: Wegen Lübeck am Hering-See/ drey Ritter/ 1. Reinhart von Kalsen/ 2. Marqvard von Darmian/ und 3. Jordan Plutschau/ mit 17. Pferden. Non possum intermittere, quin addam sequentia è Joh. JONSTONII *Taumathograph. natural. Class. 9. de piscium admirand cap. 9. de Harengo, pag. 478.* Mirum est quod nonnulli narrant de terræ sanctæ Oceani Germanici Insulæ incolis, nempe cum circa annum post Virginis partum MDXXX ex Harengorum captu bis mille hominum vitam sustinerent, per petulantiam aliquando unum ex captis, virgis cecidissent, adeò imminutos ibi fuisse hosce pisces, ut postmodum vix

centum eo quæstu vixerint. Vom Herings-Blick *vid. eund. ibid.*

# VIII. DIPLOMA.

## LITERÆ NOVÆ CONFIRMATÆ URBIS TREPTOÆ A.C. 1285.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Amen.

BUGISLAUS, DEI gratia, Dux Slavorum, TITBOLDUS, miſeratione divinâ Abbas, totusq; conventus Caſtri ſancti Petri in Belbuck, omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Quoniam generatio præterit, & generatio advenit, & temporum ſpatiis transeunt univerſa, neceſſarium & expediens eſſe dignoſcitur, ut acta & ordinationes Principum, quas cum viris relligioſis & Deo dicatis ſtatuunt Eccleſiis & ineunt, legitimis documentis & publicis inſtrumentis adeò perhennentur, ut in eis nulla in poſterum inveniatur occaſio malignandi.

Quamobrem transmittere cupimus venerandæ Nationi præſentium & felici ſucceſſioni futurorum, quod nos convenimus in hunc modum, ſuper poſſeſſione civitatis Treptovv cum Teutonicis & jure Lubecenſi, ſecundum formam juris & libertates civitatis Grypsvvold, ac aliarum civitatum mari adjacentium; Quod iidem & Eccleſia Belbucenſis habebunt ac retinebunt mediam partem civitatis & medietatem mo-

ne-

netæ Theolonei & quod de judicio provenit & medietatem proventuum, utilitatum & usufructuum prælibatæ civitatis in sempiternum possidendum, reliquam mediam partem civitatis cum medietate omnium Proventuum jam dictorum ab altari beatorum Apostolorum Petri & Pauli, Ecclesiæ prædictæ recepimus in verum feudum & legale. Et nos præstitimus & heredes nostri præstabunt Abbati, conventui & Ecclesiæ fidelitatis juramentum. Et quod ordinationem factam circa ipsam civitatem inter nos, & Abbatis totiusq; conventus libertates & jura debemus in omnibus fideliter & inviolabiliter observare. Et cum medietate Molendinorũ, quæ nobis heredibusq; nostris, competere deberet, compensavimus tres clausuras in Rhegâ destructas. Et sic omnia molendina constructa & construenda in Rhegâ fluvio in terminis ipsius civitatis cum obstructione aquarum & comportatione aggerum, ubicunq; opus fuerit, cum omni jure & utilitate prænominati Abbas totusq; conventus sibi ex integro reservabunt. Restauramus nunc eisdem duas villas Treptovv, & Crecus appositas ipsi civitati cum proprietate duarum villarum Sedeline & Gummetovve, quas ipsi donavimus cum omni jure. Inhabitatores earundem à nobis exhibendis servitiis absolventes, & omnes Ecclesias in ipsâ civitate, & locum claustralem cum octo

man-

mansis in campo civitatis sitis, præhabiti Abbas totusq; conventus retinebunt. Et nulli religiosi in ipsa civitate poterunt occupare aut habere mansionem præter dictum claustrum. Item Advocatus noster assumto Advocato eorum, in ipsa civitate omnes causas, judicia & excessus judicabit, & quicquid de hujusmodi provenerit, medietatem noster & medietatem ipsorum Advocatus tollet. Et officiales ipsorum in civitate ement & vendent liberè sicut Burgenses civitatis. Et Consules civitatis singulis annis ipsis fidelitatis juramentum præstabunt, quemadmodum præstant civitati. Termini autem civitatis extenduntur usq; ad prædium Holm versus aquilonem & rivulum, qui fuit inter Holm & Flodercka, & ultra ipsum rivulum, in illa parte Rhegæ habebitur omnis usus in acquisitione lignorum tam prædictorum quam inhabitatorum civitatis fundus tamen & terra in loco lignorum semper Ecclesiæ remanebunt. Item in alia parte versus austrum in ascensu Rhegæ supra pontem, quem civitas suo ponet arbitrio, usq; ad terminos villæ Clôtekovv, civitatis termini protenduntur. Cæterum ad partem orientalem de primo fossato per quod Rhega fluit in stagnum in descensu Rhegæ pontem inferius ad orientem civitati & sanctimonialibus pertinebit. Et quod ad occidentem retinebit civitas usque ad Rhegam, in occidentali verò parte civitas antiquos terminos versus Clôte-

kovv

kovv, Gummetovv & Södelin retinebit. Præterea autem nominatis & inhabitantibus civitatem libera erit omnis piſcatio in ipſa Rhega, usque ad ſtagnum per quod fluit Rhega, & in ipſo ſtagno piſcatores civitatis, cum hamis & minutis retibus piſcabuntur. De fine ſtagni in Rhega usq; ad portum maris, & in ipſo portu maris piſcationem civitatenſes nullo modo exercebunt, nec in majori Rhega, quæ ſagata vocatur, piſcabuntur. Et Abbas & conventus in Rhegâ habebunt & conſtruent Clauſuras, ubicunq; aſcenſus & deſcenſus navium non poterit impediri per easdem. Ut autem horum omnium præſcriptorum robur maneat ſempiternum, & à nobis noſtrisq; heredibus & ſucceſſoribus, nec non à prædictis Abbate, Conventu vel Ecclesiâ immutari non valeat vel infringi, præſens inſtrumentum ſuper his confectum eſt, cum appenſionibus ſigillorum noſtrorum, in certum teſtimonium & verum munimentum civitati Trebetovv duximus largiendum. Teſtes horum ſunt Johannes Decanus, & VVislaus Canonicus Eccleſiæ Camminenſis, Clerici, Nicolaus Draco, Gerhardus Urſus, Nevelingus, Nicolaus Lode, Detlevus Smelingus, Milites, Jacobus Corvus, Jacobus de Gandelin, Arnoldus Ruffus, Johannes Vitekuhen, Ulricus Faber Burgenſes in Gryphenberg, & alij quâm plures fide digni. Datum Bel-

buck per manum Johannis civitatis Trebetovve Notarii. Anno Domini CIↃCCLXXXV. VI. Idus Martij.

## ANIMADVERSIONES.

(*a*) HArum novæ confirmatæ urbis literarum copias, ante hac nunquam typis editas, accepi cum aliis non vulgaribus urbis Treptoæ antiquitatibus, quas hic ex parte affero, à laudato Dn. Samuele GADEBUSCHIO. Memini hic, Treptoæ urbis ætatem Scriptores rerum Pomeraniæ, in cœteris *Johannem* BUGENHAGIUM *Chron. MSS, lib.* 1. *cap.* 7 David CHYTRÆUM Sax. *lib.* 10. *pag.* 375 *Joh.* MICRÆLIUM, *Pom.* 6. *Pag* 599. Viros in hoc negotio incomparabiles, uno ore in A.C. 1285 etiam rejicere, sed minimè hoc anno nova urbs cœpit condi, & majores rem ex literis Principum non penitius considerarunt, vel Chronologos ab initio de rerum statu non ritè instruxerunt, cum ex singulari saltem Ducum Pomer. Abbatumq; gratiâ, uti civitas multis ab hinc annis clara, limitibus autem nimis breviter circumscripta, nec mœnibus, nec vallo circumsepta adjacentium villarum ejusdem scil. nominis *Trebetovv* antiquioribus Abbatū literis *Strezsko* dictæ & *Crechbuu*, agris dilataretur, ejusq; saluti integrè consuleretur. Urbs namq; hæc, vel ante tempora Ducis Wartislai extitit, hic verò illam A C. 1242 in Abbatem Belbucensem venditionis jure transtulit, quod Demminense Archivum tradit, testanturq; literæ dicti Wartislai Cammini eodem anno desuper datæ, Matricula Pudgalensis etiam A.C. 1175 in numero civitatū eam habuit. Literæ autem venditionis de A.C. 1242 hæ sunt: *VVARTISLAVS, DEI gratia, Dux Slavorum, omnibus hanc paginam inspecturis, tam præsenti quam futura gaudere in perpetuum prosperitate. Quoniam in contractibus, quos perpetuari oportet, ex processu temporum solet quandoq; ambiguitas onerosa evenire, necesse est, ut super his instrumenta publica conficiantur, per qua & dubietas absolvatur, & modus contractuum & voluntas contrahentium perpetuò declaretur. Vniversitati itaq; tam præsentium, quam eorum qui postmodum sunt futuri notum facere cupientes, præsenti pagina declaramus, quod venerabili viro Abbati in Belbuch & suis sequacibus*

*Vi-*

*Vicum Trebetoensem cum taberna & villam in Stresco & Crituz, & aquam liberam usq; ad portum maris & medietatem piscaturæ Principalis & tractus stagni pro centum marcis argenti, vendidimus, omnia sibi jura, quæ ibi habuimus relinquentes, absq; ulla diminutione terminorum sive aquarum vel agrorum, quæ usq; huc prædictus vicus noscitur habuisse, Absolventes etiam omnes ibi manentes, ab omni, quam Domini terræ facere consueverant inantea exactione. Statuentes etiam ut si quando nimia necessitate nos urgente, nobis ad expeditionem homines illius vici, ad defensionem videlicet terræ nostræ nobis fuerint necessarii, pro eo ad Dominum Abbatem dicti loci, non ad alium recurratur, Nec ad hoc vel ad ædificationem castri alicujus infra terram nostram per coactionem aliquam compellantur, sed in voluntate sit Abbatis, quos ad hoc negotium transmittantur, spondentes etiam ipsi, ut si quis dicti loci Abbatem in prædicta proprietate tentaverit molestare, vel prætextu alicujus Domini impedire, nos eum in tali impeditione absq; loci sui damno vel gravamine absolvere. Si verò talis nostri contractus, rationabiliter de nostra voluntate & conscientia factus, alicui postmodum in dubium veniat, hunc instrumento per nos dato, testium robore qui præsentes fuerunt, duximus roborandum. Testes autem hujus rei sunt Dux Barnim, Paulus Præpositus Colbergensis. Jacobus Dapifer, Sloysiaus Castellanus Natsmarius Sanda, Johannes de* Zpvels Dorne *& Fridericus, milites. Datum in Cammin anno gratiæ M° CC° XLII° in vigilia Jacobi Apostoli 9 Kalendas Augusti.* Confirmarunt hanc civitatis Treptoæ venditionem Wartislaus Dux Dymminensis A. C. 1254 Kalend. Septembr. & Wartislaus Dux Slavorum & Cassubiæ A. C. 1300 quas Confirmationes integras verbotenus inserere supersedeo, ne tædium creent lectori. Interim tamen majoris lucis ergo Privilegium Ducis Bugislai & Thitboldi Abbatis de anno 1287. quod addo sic habet. *In nomine Domini Amen. Nos BUGISLAUS, DEI gratia, Dux Slavorum, THITBOLDUS, miseratione divinâ, Abbas totusq; conventus Castri sancti Petri in Belebuc, notum esse volumus præsentibus & futuris, nos unanimi consensu super fundatione, ædificatione & possessione nostra civitatis Trebetovv cum Theutonicis de jure Lubicensi concordasse, quod Consules & incolæ civitatis ipsius jus Lubicense habeant, & secundum hoc judicent omnes causas emergentes; Eoq; jure, justitiâ, judicio, sta-*

tutis, consvetudinibus & libertatibus omnibus, in ipsa civitate & extra eam infra terminos & proprietatem ipsius liberè & in perpetuum utantur, & uti debent, quo & quibus civitas Gripesvvold iis singulis in civitate, suis terminis & proprietate perfrui hactenus est consueta. Et nos minorem Advocatum in ipsa civitate non ponemus, nisi de Consulum ipsius consilio & consensu. Dedimus etiam & per præsentes damus prædictis Consulibus & communitati libertatem & omnem proprietatem loci & fundi, in quibus sita & fundata est civitas, ac proprietatem omnium terminorum & metarum ipsius quos aliis nostris literis distinximus, possidendam, perpetuis temporibus habendam: ita sanè ut infra ipsos suos terminos omne suum commodum proficuum & utilitatem omnem disponant, & licitè faciant, sicut dicta civitas Gripesvvold infra sua proprietatis terminos hæc omnia fieri faciunt & procurant. Portum quoq; dictum Rhegemünde liberum habeant, meliorent, & custodiant, prout ipsis expedit. Et ipsa Rhega sit ipsis in ascensu & descensu similiter libera. Damus etiam dictis civibus, quod dictum portum & Rhegam cum rebus & mercibus suis & navibus liberè possint exire, intrare & in ipsis moram facere, res & bona quæcunq; educere, naves suas litteribus applicare. Hæc omnia facient, quoties & quando ipsis videbitur oportunum. In cujus rei evidentiam sigilla nostra præsentibus sunt appensa. Testes verò sunt hi, Nicolaus Draco, Hero Birco Senior, Gerhardus Ursus, Nevenlingus & Conradus de Vemetten/ Reimarus de Wacholte & Johannes de Orthelenborg/ milites, Jacobus Corvus, Olricus Faber, Dilbernus de Wollin/ Arnoldus Ruffus, Cives in Gryphenberg & alii quam plures fide digni, qui tunc præsentes erant & vocati. Datum & actum in Belbuck sub Anno Dominicæ incarnationis M° CC° LXXXVII° in vigilia ascensionis Domini nostri Jesu Christi Plerumq; hæc urbs antiquitus dicta fuit Treptoa seu Treptovia ad Rhegam, quia Regæ fl. adjacet, vel Treptoa nova, ad differentiam Treptoviæ veteris ad Tollensam fl. in Pomeraniâ citeriori. D. Joh. BUGENHAGIUS, qui genium hujus loci optimè novit, quippe Monasterii Belbogiensis nobile membrum fuit & primus B. Martini Lutheri doctrinam inter Fratres sui ordinis & Treptoviæ cives primores dispersit, *in Chron. suo MSS. lib. 1. de Pomerania antiquitate cap. 7.* urbem hanc & ejus incolas sequenti ornavit elogio: Civita-

tates aliis eversis aliæ conduntur. Cadunt vetera, surgunt nova. Sic postquam fidei Christi colla submisit Pomerania, pulcerrimæ Civitates emerserunt, optimis Templis decoratæ. Gryphiswaldensis, Tanglym, Gryphenberga, Γρύφεις. Treptoa ad Regum ex casulis Piscatoriis optimum oppidum, quondam locus Monasterii Belbuccensis, populo humanissimo & justitiæ amantissimo, superbiæ ac mendaciorum hoste. Antiqua appellatio oppidum commendat, dictum enim fuit Largum Treptovv, ut ex literis antiquis & majore sigillo Consulum videre est. Valentinus von EJCHSTEDEN saget/daß die Bürger sitsam und höfflich seyn/ und können auff der Rega ihre Handlung See-werths treiben. Johann. SECCERVICIUS *Pomeraneid. lib. 2. pag. 66. versus habet egregios.*

Tu quoq; cæruleo quam Regus perluit amni,
Regus ad æquoreas dans cursum navibus undas,
Moribus excultos nutris Treptovia cives,
Templaq;, sublimemq; insigni vertice turrim,
Privatosq; foves decoris studiosa penates
Et decoris studiosa, & relligionis, & almæ
*Justitiæ*, Musis quoq; non aliena canoris.
Non procul hinc Belbuga domus celeberrima quondam
Relligione Patrum, quamvis fuit error in illa.
Sed Deus, & Pietas noctem miserata profundam
Depulit, & Procerum, consensu gentis & uno,
Auspicioque Ducum, patriæ qui sceptra gerebant,
Hac Evangelii lux urbe recepta serenum
Vndiq; diffudit Pomeranas lumen in oras.

Wie den bekand/ daß auß dem Closter Belbock und der Stat Treptow das H. Evangelium nicht allein zuerst mit großem Nutzen dieser Pommerschen und benachbarten Länder außgebrochen/ sondern auch von der gantzen Pommerschen Landschafft anno 1534 angenommen/und die erste Kirchen-Ordnung daselbst auffgerichtet ist.

 Vid.

Vid. Dav. CHYTRÆUS *cit: loc. pag. 375* ubi è relatione *Joach.* NYSSENI, Trept. Protonotarii hæc pluribus deducit. A.C. 1377 Urbs, quâ Monasterium Sanctimonialium spectat, non procul ab æde D. Nicolai, culpâ eorundem Præpositi maximâ ex parte conflagravit; ægerrimè autem refecta erat, quando A.C. 1476 ad dimidium ferè versus septentrionem flammis consumeretur; A.C. 1631 circa festum *Jacobi* eandem calamitatem, eadem ferè civitatis parte, experta. Deniq; A.C. 1679 d. 6 Novembr. dimidia arx cum eâ civitatis parte incendio deleta est, servatis tamen per Dei gratiam Templo primario & Curiâ Civium. Consultissimus & Ingeniosissimus DN. Christianus KNITTELIUS, P. L. C. & Elect. Archi-Dicast. Pom. Advocatus, Amicus meus colendus, atq; ante hâc etiam domesticus, sequens Epigramma de hoc incendio edidit.

O agris dives, domibus, Treptovia, pauper
Fis, dum Vulcani vis inopina furit.
Parte ruis magna: sors o miseranda! sed ignis
Ut reparent cladem, Numina summa pete.
Signa atro sextam lucem carbone Novembris,
Qua tot damna tibi flamma nociva dedit.
Lætior, at nunquam redeat tam lurida lux hæc,
Ut sis dives agris, sis domibusq; nitens.

# IX. DIPLOMA.

## LITERÆ INDULGENTIARUM A XV. ARCHI-ET EPISCOPIS DATÆ

A. C. 1336.

UNiversis sanctæ Matris Ecclesiæ Filiis ad quos Præsentes litteræ perveniunt: Nos miseratione divinâ Franciscus VVosprensis ArchiEpiscopus, Martinus Albiensis, Raymundus Cathar. Domini-

cus

cus Perenſ. Johannes Bergenſ. Jacobus Valoncenſ. Ricardus Oſſorienſ. Andreas Coronenſis, Raphael Nebrenſ. Bernardus Diagorganſ. Johannes Clontenſ. Guilhelmus Tamiſienſ. Thomas Lauenenſ. Ricardus Certeonenſis & Gorzia Feltrenſis Epiſcopi. Salutem in Domino ſempiternam. Splendor paterni luminis, qui ſuâ mundum ineffabili illuminat claritate, pia vota fidelium in ſuâ clementi majeſtate ſperantium tunc præcipuè benigno favore proſequitur, cum ipſorum devota humilitas ſanctorum ſuorum meritis & precibus adjuvatur. Cupientes igitur ut Eccleſia in antiquâ Colberg, Caminenſis Diœceſeos, in honorem Beatæ Mariæ & beati Laurentii Dyaconi fundata, magnis honoribus frequentetur & Chriſti fidelibus jugiter veneretur, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis qui ad dictam Eccleſiam in omnibus feſtis ſui Patroni & in dedicatione ejusdem ac in aliis feſtis infra ſcriptis videlicet Natalis domini, circumciſionis, Epiphaniæ, Paraſceves, Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, Corporis Chriſti, inventionis & exaltationis Chriſti Crucis, in omnibus & ſingulis feſtis beatæ Mariæ virginis, & in feſtis S. Johannis Baptiſtæ, ac principaliter omnium Apoſtolorum & Evangeliſtarum ſanctorumq; Stephani, Laurentii, Martini, Nicholai, Gregorii, Auguſtini, Ambroſii, Jeronimi, Bernardi, ſanctarumq; Mariæ Mag-

Magdalenæ, Katherinæ, Margarethæ, Cœciliæ, Luciæ, Agathæ, Angnetis Virginum, in Commemoratione omnium sanctorum & animarum, & per octavas dictarum festivitatum octavas habentium, singulisq; diebus dominicis causâ devocionis, orationis aut peregrinationis accesserint, seu qui missis, prædicationibus, matutinis, vesperis aut aliis quibuscunq; divinis officiis ibidem interfuerint, aut Corpus Christi vel oleum sacrum cum infirmis portentur, secuti fuerint, seu in serotina pulsatione campanæ, sed in modum curiæ Romanæ genibus flexis ter ave Maria dixerint. Nec non qui ad fabricam, luminaria, ornamenta, aut quævis alia dictæ Ecclesiæ unâ manus porrexerint adjutrices, vel qui in eorum Testamentis aut extra, aurum, argentum, vestimentum aut aliquid aliud caritativum subsidium dictæ Ecclesiæ donaverint, destinaverint, aut procuraverint, & qui pro venerabili nostro Domino Caminensi Episcopo istam indulgentiam confirmante, & pro præsentis indulgentiæ impetratore & pro omnibus dictæ Ecclesiæ benefactoribus oraverint. Quotienscunque præmissa vel aliquid præmissorum devotè fecerint & à omnipotentis Dei una & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi singuli nostrûm quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Dum

mo-

modo Dioeceseos voluntas ad id accesserit & consen - sus. In cujus rei testimonium præsentes litteras sigillorum nostrorum jussimus appensione muniri. Datæ Annuoni 14 die Mensis Aprilis, Anno Domini M CCCXXXVI & Pontificatus Benedicti Papæ 12 anno secundo.

Et nos Fredericus Dei gratia Episcopus Ecclesiæ Cammenensis omnes & singulas indulgentias à venerabilibus in Christo Patribus Archi Episcopo & Episcopis datas & manibus huic annexis de novo existimamus de antiqua Colberg nostræ Dioeceseos . . . . . . . . . . ratificamus, apertas facimus & in nomine Domini confirmamus. Insuper vero omnibus evrè poenitentibus & confessis præmissorum in diebus Dominicis occurrentium seu . . . . . . . . ab aliis procuraverint quotienscunque quisquam id fecerit de injunctis sibi poenitentiis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus miseratione & meritis confisi quadraginta dies indulgenciæ & unam Carenam de injunctis sibi poenitentiis in Domino misericorditer relaxamus. Datæ Colberg anno Domini MCCCXXXVIII° feria tertiâ in festo Paschæ nostro sub sigillo inferius appenso in testimonium evidens præmissorum.

## ANIMADVERSIONES.

Operæ pretium quidem non fuisset, literas has, Pontificios redolentes errores, è membranis vetustis Curiæ Colbergensis hic inse-

ſerere, cauſa, autem fuit, ut inquiramus, quo loco Archiepiſcopus & Epiſcopi nominati, ſedes ſuas habuerint Eccleſiarum & ubi Annuonum, locus editæ conceſſionis tam amplæ ſitum ſit. Certè hoc loco quædam manebunt inter inexplicabilia & Cruces Geographorum, cum non omnes inquirendo & percontando, inveſtigare potuerim, ad quæ tamen etiam uſus ſum operâ Summè-Reverendi atq; Excellentisſimi DN. D. Martini Silveſtri GRABII, Elector. Pomeraniæ atq; Principatus Camminenſis Superintendentis Generalis præclarè merentis, Fautoris mei honoratisſimi, et CL. *Johannis Jacobi* HOFMANNI *noviſſimi Lexici, quod univerſale* appellavit, qui mihi ſequentia ſuppeditarunt. Franciſcus *Woſprenſis* Archiepiſcopus: Voſpero (per ſimplex enim V ſæpisſimè geminum VV enunciari, ex Hiſtoricorum & Geographorum Lectione conſtat) antiquitùs Boſporus item Ponticapæa, urbs Archiepiſcopalis in Taurica Cherſoneſo. Vid Michael Antonius BAUDRAND, *in Lexico Geograph. A.C. 1670 Pariſiis vulgato, in vocibus Boſporus & Panticapæa*, nec non Abrahamus ORTELIUS *in Theſauro Geograph. iiſdem vocibus*. Puto igitur cum modo Laudato Dn. D. GRABIO, *in literis ſuis d. 19. Novemb. A.C. 1680 è Stargardiâ ad me datis*, hunc Franciſcum, cujus in Diplomate primùm fit mentio fuiſſe è Titularibus ArchiEpiſcopis, quos Pontifices olim crearunt, & adhuc hodiè creare ſolent, ad ſtabiliendam putativam ſuam poteſtatem in omnes Eccleſias totius mundi. Ita crearunt Patriarchas Conſtantinopolitanos, Alexandrinos, Antiochenos, &c. licet nunquam ad ea pervenerint loca, neq; ab iſtis Eccleſiis pro Patriarchis & Epiſcopis habiti vel agniti fuerint. Ceu hodiè MagiſtriPruſſiæ Ordinis Teutonici à Pontificiis denominantur, ſed absq; territorio. Vid. D. *Joh:* Caſparus VENATOR, in Hiſtor: Bericht/ von dem Marianiſch-Teutſchen Ritter-Orden/ nuper Noribergæ edit. Tales Titulares in Concilio Tridentino permulti fuerunt, obſervante Petro Svavi POLANO *in ſuâ hiſtoriâ*, & aliàs conſtat è nominum catalogo deſcript: hujus Concilii. Ubi autem locorum hic Franciſcus Woſprenſis vixerit, nondum apud Autores invenire potui. 2. Albii, ſeu Albiga & Albia, eſt urbs Epiſcopalis Galliæ in Aquitaniâ primâ, ſub Archiepiſcopo Bituricenſi & in Tholoſano Parlamento. Carolus

à S,

à S. PAULO *in Geograph. sacra sive Notitiâ antiqua Episcopatuum Ecclesiæ universæ fol.* 153 *Edit. Paris. de A. C.* 1641 add. in fin. additæ *Notitiæ antiquæ fol.* 70. ubi per errorem forsan Typographi legitur Abigensis. Pierre du VAL in Tr. Gallico *des Religions Patriarchats tit. Bourges.* Mich Anton. BAUDRAND, *voc. Alba Helviorum.* Aliàs Albiensis Comit. est Prov. Hung. juxta Albam Reg. in ditione Turcica. Vid. Cl. *Joh. Jacobi* HOFMANNI *Lexicon univers. part.* 1, *pag.* 73. 3. Cathariensis, est suffraganeus Archiepiscopi S. Andreæ in Scotiâ, qui etiam Cathanensis nominatur. V. Carolus à S. PAULO *d. l fol.* 168 *& in Notitiis,* appendicis loco additis, *fol.* 71. Catharum, est etiam Urbs munitissima Dalmatiæ, in ora, ad sinum Rizonicum, cum arce in colle, sub Venetis, Episc. sub Archiepisc. Rogusino. *J. J.* HOFMANN. *c. l. voce Catharum.* 4. Bergensis est suffraganeus Archiepiscopi Nidrosiensis in Norwegiâ. Vid. *casd. Notitias in append. laudatæ Geographiæ S. fol.* 71. *&* 84. Pierre du VAL, *inter Daniæ & Norvveg. Episcopat. Tit: Nidrosie.* Mich. Ant. BAUDRAND *c. l. voc. Berges.* 5. Ossoriensis, aliàs de Canic, in Hybernia, Archiepiscopo Dublinensi subjectus Car. à S. PAULO *f.* 170. *& in Notit. fol.* 72. ubi Ossiniensis nominatur. *J. J.* HOFMANNUS *c. l. part.* 2. *hac voce,* ita hunc describit locum. Ossoria sive Osseria, vulgo Osserii urbs Hiberniæ Episcop. sub Archiepiscopo Dublinensi, in Laginia reg. Fano S. Canici propinqua. Camdeno autem & aliis non urbs est, sed Comitatus, qui Episcopatum habet conjunctum Kilkenniensi, cujus sedes Episcop. Kilkennia est, seu Fanum S. Canici. 6. Coronensis, à Corone urbe Episcopali in Peloponneso Mich. And. BAUDRAND *Voc. Corona,* fortassis etiam fuit Titularis Episc. 7. Feltrensis, sub ditione Venetorum vid. Car. à S. PAULO *fol.* 65. P. du VAL, *in Episcopp. Italiæ Tit: Udine.* seu ut *J. J.* HOFMANN. *c. l. part.* 1. *hac voce* describit. Feltria, urbs Venetiæ, nunc Marchiæ Tarvisinæ, ad Asonem amnem, qui paulo infra in Anaxum cadit. Venetis subest. 10 mill. à confin. dit. Tridentinæ in ort. 50. à Venetiis in Circ. Episc. sub Patriarcha Aquilejensi. Hæc sunt, quæ partim apud Autores inveni, partim amicè mihi communicata sunt, reliqua, qui addet, erit mihi magnus Apollo. Cæterum, illud

norandum est, non intelligi hîc Templum B. Mariæ Virginis, quod hodiè, per Dei gratiam, in hac nostrâ Colbergâ extat, sed aliud, quod fuit in veteri seu antiqua Colbergâ, semper enim distingvuntur, & hoc dicitur B. Mariæ & B. Laurentii Diaconi in antiqua Colbergâ, nostrum autem B. Mariæ gloriosæ in Colberg solùm, uti è multis observavi membranis. Benevolum Lectorem latere nolo, simile Diploma me accepisse ope Reverendiss. Dn. Superintendentis General. D. Martini Silvestri GRABII, ex Archivo Electoralis Pomeran. quod è vero originali sic sonat: *Universis sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos præsentes litteræ pervenerint. Nos miseratione divinâ Robertus VVuorfordens. Petrus Othan. Blasius Milin. Petrus Valon. . . . Conchen. Iohannes Carmin Bernardus Milcomens. Jacobus Botrentitonum. Paulus Evalonens. Gvillelmus Cissopolitan. Bernardus Urphanens. Arnaldus Sorren. Episcopi Salutem in Domino sempiternam. Splendor paterni luminis qui suâ mundum ineffabili claritate illuminat pia vota fidelium de clementiâ majestatis suæ sperantium tunc præcipuè favore benigno prosequitur, cum devota ipsorum humilitas Sanctorum meritis & precibus adjuvatur. Cupientes igitur ut Ecclesia VVinterthaghen. & ejus filia* Stolp münde *Caminensis Dyocesis in honorem sancti Johannis Baptistæ & Nycolai estructis congruis honoribus frequentetur & à Christi fidelibus jugiter veneretur. Omnibus verè pœnitentibus & confessis qui ad dictam Ecclesiam* Wintershagen *fest. & in omnibus aliis infra scriptis, videlicet Natalis Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ, Parasceves, Paschæ, Ascensionis, Pentecostes Trinitatis, Corporis Christi, inventionis & Exaltationis S. Crucis, S. Michaelis Archangeli, in omnibus fest. B. Mariæ Virginis, Nativit. & decollationis S. Johannis Baptistæ, Beator. Petri & Pauli Apostol & omnium aliorum Apostolorum & Evangelistarum, in festo omnium Sanctorum & in commemoratione animarum ac* Winters hag. *& filiæ dedicatione, Sanctorumq; Stephani, Laurentii, Vincentii, Martini, Nicolai, Anthonii, Georgii & Sebastiani. Sanctarumq; Mariæ Magdalenæ, Katerinæ, Margaretæ, Annæ, Luciæ, Agnetis & Agathæ. Et per octavas omnium festivitatum prædictarum octavas habendum, singulisq; diebus dominicis & Sabbatis totius anni causâ devotionis, orationis aut peregrinationis accesserint. Seu qui missis, prædicationibus matutinisq; vesperis*

*tis.*

*tinis aut aliis divinis officiis, exequiis & mortuorum sepulturis ibidem interfuerint, aut qui ibidem celebraverint seu fecerint vel procurarint celebrari. Seu qui cemiterium dictarum Ecclesiarum circuierint exorando pro defunctis. Aut qui corpus Christi v. oleum sacrū ad infirmos portantur, secuti fuerint. Aut cū in serotina pulsatione campana flexis genibus ter aveMaria dixerint. nec non qui ad fabricam ipsarum Ecclesiarum luminaria, libros, calices, vestimenta seu quævis alia ornamenta nova manus porrexèrint adjutrices. Aut qui eisdem Ecclesiis aurum, argentum vel aliquid suarum facultatum in suis testamentis vel extra donaverint, legaverint seu donari vel legari procuraverint. Aut qui pro reverendo patre, Domino Johanne Episcopo Camynensi Dyoces. harum literarum confirmatore seu qui pro Nycolao* Kütyne *plebano dictarum Ecclesiarum Camynensis Dyoceseos impetratore dominum devotè oraverint. Quotiescunq; quicumq; & ubicunq; præmissa vel aliquid præmissorum devotè fecerint de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in domino relaxamus, dummodo Dyocesani voluntas ad id accesserit & consensus. In cujus rei testimonium præsentibus literis sigilla nostra sunt appensa. Datum . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . mensis. Anno Domini mill'o. CCCLVI. Et Pontificatus Dni. Innocentii . . . . . . . . . Papæ sexti . . . . . . . . . . . anno quarto.* Inquirant hic, queis volupe est & otium suppetit, ubi locorum Episcopatus hi siti sint, inaudivi aliquando, cum disputatio, de hoc Diplomate in Electorali Consistorio Pomer. orta; & ab una parte objectum fuit, literas esse suspectas, imò supposititias, cum loci seu Episcopatus expresi, nuspiam extent, alteram partem, si non omnes, tamen plerosq; è Geographis produxisse, & ad Acta publica dedisse, ad quæ curiosum Lectorem remitto. Præterea illud hîc etiam observandum, convenire hæc duo Diplomata quoad verba & sensum ferè per omnia, cumtamen quoad autores & tempus multùm discrepent, quod etiam diligenti Lectori rimandum linquo.

# X. DIPLOMA.

# FUNDATIO OPPIDI BUBLITZ IN EPISCOPATU, HODIE PRINCIPATU CAMMINENSI IN FINIBUS POLONIÆ.

Von Gottes Gnaden / Wier Frantz / Hertzog zu Stettin / Pommern / der Cassuben und Wenden / Fürst zu Rügen / Erwelter Bischoff zu Cammin / Graff zu Gützkow und Herr der Lande Lawenburg und Bütow. Thun kund und bekennen für iedermänniglich / so dieser unser Brieff vorkumpt / das uns die Ehrsamen / unsere Liebe getrewen / Bürgermeister und Rath unsers Stiffts-Stätleins Bublitz einen alten Pergamen Brieff / darein ihnen ihre Privilegia und Gerechtigkeiten von vorigen Bischöfen und Prædecessoren verliehen und enthalten / vorbracht / mit untertheniger Pitte / wier solche ihre Privilegia und Gerechtigkeiten desselben Inhalts nach / wie die uns zugestellet / zuconfirmiren / und zu bestetigen in Gnaden geruhen wolten / welcher Brieff lautet von Worten zu Worten / wie folget:

Witlick unde kund sy Allermennigliken / de Gegenwertege Schrifte sehen werden / efte hören / dat wie der Raht der Stadt Bublitze / van dem Hochwerdigen in Gade Vader unde Hen. Johanne der Kercken van Cammin Bischop / in Gegenwerdigkeit der Werdigen Heren Bernhard Beren / Prawste / Reimaro van Bahnen / Conrad Schüser Scholastico, Francisco Colbergischen Scholastico und Peter Kameken / mit mehr Loffwerdigen under dem Jahre uses Heren MCCCL Dingstages na dem Sondage da Misericordia gesungen / so de Privilegia und eigendomentlicke Schriffte genomeder Stat Bublitze tho Frucht und Nutzbarkeit dersulvigen / und ock der Besittere an uns genamen / und thohebbende in Wahrung entpfangen / welkeren Breffe allenthalven den vorgenomeden Besitteren vor den Herrschoppten / so vele des nothigk / tho alle ehrer Gerechtigkeit / de

Se

Se im Egendome und der Stadt Bubliß tho beholdende hebben/ und ock tho aller ehrem Behoeff und nothörfftigenden/ da wy verplichtet und schüldig tho præsenteren und averthogeven/tho lesen/under den Worden// wo nafolgiglichen.

Im Namen des HEren Amen. Dewile na verlop der Tide de Dinge vorghan/ die in der Tidt gehandelt werden/ iß vorsehnlichen erfunden die Arstedie und Middel der Schrifft/ up dat de dat jennige/ welckere vergenglicken und affnemlick ist/ iß ewig und lange mag erholden werden/ iß de Orsacke/ dat Wy Fridericus, van Gades Gnaden/ Bischop der Kercken tho Cammin/dit sülvige bestendig tho blivende begehren / so wol gegenwerdig alse thokünfftiglicken/dat wy in der Grund Bublitze tho setten/ und die Stat tho funderen erwehlet/ uth Raht und Volborth der Ehrwerdegen Heren Bernhardi Prawstes/ Johannis des Dechands in gemeinem und gantzen Capittels Fryeheiden up gemelter unser Kercken darmit wy de Stat mit Rechte und Gunst seckern und funderen/ dat wy nu die Bublitze tho nehmen gefrowet und begehret hebben/ ock dat in keinem dit nicht dorch use Nakomelinge schall gebraken werden/ wes wy uns hierinne vorgenamen tho vorkleren.

Thom ersten funderen unde befastigen de Stat mit Lübeschem Rechte/ des sich de Börgere derer ewiglich bruken schölen under vorigem Lübischen Richte und Rechte/ mit Mate/Schepele und Müntte/gelicker Wyse use Stat Colberge in Bruckenißе hefft. Uthgenamen ein/ dat Se in vordechtigen Ordelen effte Sententien/ an de Stat Colberg appelleren mühen. Wyder tho Eigendohme geve wy dersulvigen Stat twe hundert Hoven/ und twe See/ als genomet Drebin und Clowen die helffte in Dele dem See der Stat/und dat ander halve dele den Possessoren/alse Paul Batevitzen/ Gerhard Goldbecken und ehren warhafftigen Erven in Ewigkeit tho beholdende. Darnevenst nah verlope Ein Jahr hir na willen wy dat diesulvige Stat vullenkamener Fryheit sich frewen schall. Ock tho befestigen

gende den Umbgang mit Graven XL. Roete wiet/ mit Hülpe und thodaeth der Inwohnern und Borgern der Stat/ dar wy allenthalven tho gelegener Tydt tho Hülpe gedencken thokamen.

Fehrner dat die Früchte und Nutbarcheide under den genomden Tein Jahren in den Enden und deme Eigendompte der Stat de Helffte des Deils an de Besittere schall kamen/und de andere Helffte thor Beteringe der Borgere unde der Stat tho gebören. Wen averst de Teien Jahr vorbygan/ schölen alle Dinge der Stat und Borgern alleine eigentlick gebóhren: Ock assigneren wy vorgenomeden Besittern mit ehren Erven XXXII Hoven und VIII. Morgen Wische im Eigendompte gedachter belegen Qvitt und fry, ahne alle exaction, dat is/ ahne Schott efte Tinse tho besitten/ So alle andere Rechte der Stetten derhalven sick hebben tho verwahren und darvan thodonde.

Nahfolgig belehnen desülvigen Besittere van wegen user Anropinge in der Stat und ehrer Eigenheit/ Alse dat sie einen van sick sulvest efte einen andern nah Rahde und Volbort thom Advocaten effte Rechtes-Byverwanten constitueren und setten mögen/ die dar mag richten alle Werlicke und Lesterlicke Saken (Civiles & Criminales) Dese Possessoren und Besittere schölen ock an sick nehmen/ und in ewigheit tho Lehn-Gude hebben van und alle Excessus efte Avertredingen van LX Schillingen/ und darunder uns ankamende na Gelegenheit der klagende Parte gemelter Stat.

Geliker Wyse middeler Tydt der X. Jahre vorgenomet schölen de Besittere de grotesten Avertredungen tho straffende hebben. Wen averst de X. Jahr verby sind/ schölen alle Gerechtigkeite vullenkámlicken uns und unsern Nahkamelingen gebóren und thoeigenen.

Noch wyder schölen die Vakengedachte Possessoren hebben alle Nuth/ Frucht/ Plicht/ Pacht und Hevinge in der Möhlen/ und desulvige durch die X Jahr up dat Fleuth Chutzene tho buwende dorch de vergen X Jahre. Wen averst de vorby sind/ schall de helffte

uns/

uns/ und de andere helffte den Possessorn und ehren Erven tho eigenen. Willen ock/ dat keine andere Möhle up dat effte andere Fleite dar by noch benedden noch baven in dem Eigendompte der Stat keinerley Wyse gebuwet schall werden/ So dat keine Verhinderung effte mehren Uprichtunge in gedachtem Fleite und Strome noch van anderen geschehen möchte/ damit verhindert konne werden de Nedderflöte des Holtes/ besonder qvitt und fry nedder thoflöten ane jennigerley Anlage noch Schüttinge edder Toevinge/ so lange de Flöte tho Cörlin gebracht werdt/ So dar als dan Jemand densulvigen in Ansprake hebben würde/ schall de Here des Holtes dat vor Antwort geven/ so alse idt suslange her iß geholden

Dat Jus Patronatus averst effte de Vederlike Gerechtigkeit dersülvigen Kercken uns und unsen Nahkömelingen ewigliken vorthobeholden/ des wy uns hiermit vorwahren.

Wan wier dan ihrem unterthenigem Suchen gnädig stat finden lassen.

Als confirmiren und bestetigen wier mehr angeregte ihre Privilegia in allen Puncten und Clausulen/ wie dieselbe vorher wörtlich gesetzt und geschrieben/ in Krafft und Macht dieses Brieffes/ wie solches am Kräfftigsten und bestendigsten geschehen sol/ kan oder magk. Jedoch vorbehelilich/ das dieser unser Consens und Bewilligung/ uns/ unser Kirchen und Stiffts Camnin und männigliches Regalien und Gerechtigkeiten ohne Schaden und Nachtheil sein möge.

Hieran und über sein gewesen die Ehrwürdigen/ Ehrenvesten/ Ehrbare/ Hochgelahrte und Ehrsamen/ unsere Rähte und liebe getrewen/ Niclas von Parsaw/ unser Stiffts-Voigt und Hoff-Marschall/ zu Parsow und Newenhagen/ Paul Damitz/ unser Cantzler und Decanus, zu Mollen/ Henning Below und Baltzer Schnell/ beyde Capitularen unser Collegiat-Kirchen zu Colberg/ zu Pustemin und Panthen gesessen/ Matthæus Engelbrecht/ unser Protonotarius und andere mehr Glaubwürdige. Zur Urkund haben wier diesen Brieff mit unserm großen Stiffts Insiegel beglaubigen lassen/

sen/ der gegeben zu Cößlin in unserm Hofflager den Sechsten Monats Tag Maij, im Eintausend/Sechshundert un d Vierten Jahre.

FRANCISCUS manu propria.

## ANIMADVERSIONES.

Dictum fuit hoc oppidum Bubliß/antequam ei Spiritus & anima, ut vivat & vigeat, (ceu JCTI loquuntur, Vid. Arnold. CLAPMAR *de arcan. rer. publ. lib. 1. cap. 21. in fin.* Joach. CLUTEN de Parchun, *Syllog. rer. quotidian. th. 22. lit. d.* Matth. STEPHANI, *de jurisdict. part. 1. lib. 2. cap. 1. memb. 2. num. 114 seqq.*) data fuit, ehe ihr Stat-Recht gegeben worden/ die Grund Bubliß/ ut appare: ex ipso Diplomate, veluti dicitur, das Thal Manßfeld/ ad differentiam des Schloßes Manßfeld/ quæ arx in sublimi ex adverso dicti oppidi jacet, posteà vocari debuit die Stat Bubliß/ Poloni eam appellant Bilbulz. Jure civili jus civitatis constituendæ vel Vicis jus civitatis indulgendæ, Stat-Recht zugeben/ inter Regalia Majestatis & majora Principi reservata reponi, & inferioribus ab Imperatore minimè communicari constat. Constituitur igitur Civitas autoritate Cœsaris, volentis aliquem locum esse civitatem. Hic Spiritum & vitam civitati infundit, non inferior aliquis à Cœsare. *l. 1. C. de Metrop. Beryt.* Vid. Caspar KLOCK, *de Contribut. cap. 5. num.* 1. ubi Doctores adstipulantes, longo ordine recenset. Sive voluntas expressa sit, sive tacita. Alvar. VALASC. *ad l. Imperium, num. 73. ff. de jurisd.* Et quæ aliter construitur, civitas non est, neque jura aut Privilegia civitatis habere putatur. Innocent *in c. Cum ab Ecclesiarum. num. 1. de offic. jud. ord.* Consentit jus Saxon. Land-Recht *art. 56.* Weichbild/ *lib. 1. cap 9.* Cum Albertus, Comes Mansfeldensis, vico cuidam prope Islebiam, Spiritum & vitam, seu jus civitatis concedere vellet, Imperator Maximilianus A. C *1514* d. 6. Febr. Oeniponte mandato severissimo seu inhibitorio (quod originaliter apud Civitatem Islebiam asservari testatur Casp. KLOCK, *c. l.*) id fieri noluit. Simile præceptum extractum ante aliquot annos à civitate Schweinfurt contra Episcopum Wurtzburgensem, teste KLOCK *ibid.*

*ibid.* Sic omnem universitatem, quæ non est comprobata à Principe, ut universitas, non mereri nomen universitatis, & esse improbatam de jure respondit Guido PANCIROLLUS *Consil 101 num. 22.* add. Iustus Georgius SCHOTTELIUS *de singularib. quibusd. in Germania jurib. & observatis cap. 11. num. 8 pag. 310.* Unde Cives Lubecenses ab Henrico Leone Duce Saxon. postulant. *Da nobis locum constituendi Civitatem in loco, qui tibi placuerit.* Apud HELMOLD. *Chron. Slav. lib 1. cap. 86. num. 5.* Dux eorum postulatis annuit, & statuit illic monetam & teloneum & jura Civitatis honestissima HELM. *c. l. num. 6* Albertus CRANTZIUS *Saxon. lib. 6 cap. 26. pag 418* sic habet: Dux urbem privilegiis honestavit, monetam instituit, concilium allegit, publicari fecit in regna aquilonis loci immunitatem, & multos ad inhabitandum, plures etiam ad quærendum mercibus suis emporium invitavit. Cyriacus SPANGENBERG *in Chron. Schauvvenburg. lib. 1. cap. 15.* hoc sic explicat, Hinricus der Löue erlaubt den Bürgern zu Lübeck wieder zubauen und gab ihnen viel Privilegia dazu/ und versahe Sie mit Müntze und Zöllen und Stat-Rechte. Plura exempla vid. de hac materia pluribus differentem D. Philipp. *KNIPSCHILD, de juribus Civit. Imperial. lib 1 cap. 6.* Concedit tamen sæpè allegatus Casp. KLOCK *d l.* Doctores autumare, quemadmodum de jure gentium cuilibet licet facere ædificium, sic etiam ædificare Civitates, castra & fortalitia, modo absit æmulatio, *l. ex hoc jure ff. de just. & jur.* Andreas GAIL. 2. *Observ. 69. num. 8.* Matth. COLERUS, *Consil. 1. num. 121.* & quos plures ibid. Casp. KLOCK allegat. Itaq; Andreas ALCIATUS *in cap. 1. num. 2. de offic. ordin.* distingvit inter jus Gentium & Civile: illo jure Civitas condi poterat, etsi nulla Principis authoritas intervenisset; Hoc tamen non aliter, quam si populi volentes condere Civitatem, sint liberi. Rectè sentit *Just.* Georg. SCHOTTELIUS *c. l.* soli Imperatori *olim* competiisse *Jus* Civitatis concedendi: Wo man neue Städte bauet/ oder Märckte machet/ da setzt man ein Creutz auff das Marckt/ durch das man sehe/ das Weichfried da sey: und man henget auch da des Königs Handschu daran/ das man darbey sehe/ das es des

 Kö-

Königs Wille sey. Weich Bild / *lib. 1. artic. 9.* & Glossa hic addit: Daß man ein Creutz setzet auf den Marckt / da des Königes Handschu anhenget / da bey ist zuvernemen / das man da Weich Friede habe / der bestetigt sey mit des Königs Vollwortung: Den man mag kein Stat bauen / ohn des Land-Richters Willen / und den Willen mag der Richter nicht geben / ohn des Königs Vorwort. *Hodierno seculo* enim non semper observatur, ut Civitatibus novis Spiritus & anima ab Imperatore impetretur, sed Principes in Germaniâ hanc potestatem Civilegii usurpant, exempla recentia habemus in Electore Palatino, von Franckenthal / in Duce Würtenbergico, von FreudenStat auff dem Kniebiß / & in Comite Hanoviensi, von Hanau / quas ipse vidi. Nec non superioribus seculis von den alten Graven von der Lipp / welche Stat-Rechte und Stat-Freyheiten ertheilet haben / uti è Chron. Lippiensi refert, SCOTTEL. *d. l. num. 13 pag. 317.* & de generali consvetudine testatur Matthias COLERUS *d. Consil. 1. num 125.* Hinc illi, qui novissimè de Regalibus scripserunt, hoc jus constituendi civitatem inter reservata majestatis specificè & privativè non adeò defendunt, ut etiam pro supradicto Comite Mansfeldensi conciliationem elicere voluerit Andreas KNICHEN *in Encyclop. cap. 1. num 214. 215.* Addendum hic, quosdam putare, jure Canonico non dici Civitatem, nisi in qua esset Episcopus, quos recenset Casparus KLOCK *de Contrib. d. cap. num. 2.* Quam tamen opinionem glossa prima, *c. Si Civit. de sentent. excomm. in 6.* improbat, quia & ante Episcopos erant Civitates, & post Episcoporum institutionem non fuerunt in omnibus Civitatibus positi Episcopi: sed tantùm in magnis & populosis, non in modicis, ne vilesceret eorum dignitas. *c. Audivimus 3. q. 2.* Carol. SIGONIUS *lib. 10. Histor. de Regno Italiæ, fol.* 242. Petr. Gregor. THOLOSANUS *lib. 2. de Republ. cap. 1. num* 7. COMPIlator Symphorem. *in Vot.* Maintz *contra* Erffurt. *num 92. v. cum nec Imper. nec Princ. c. In illis 2. & c. Episcop. 3. Dist. 80. c. 1. de Privileg. & excess. Prælat.* Sicut in Metropolitanis hoc est majoribus, & matribus, Archiepiscopi, dicti inde Metropolita-

litani, fuerunt locati: Et in Regiis Patriarchæ, vel in maximis. *Joach.* CLUTEN de Parchun, *c. l.* Moribus Italiæ contrariam invaluisse opinionem non magnoperè repugno, quod etiam Doctores Itali sentiunt. Omnium elegantisſimè Reinold. CORSET. *lib. 3. Indagat. jur. cap. 3.* quem sequuntur alii. Sufficit ergo ad facultatem constituendi Civitatem, ipsamq; muris fossatis & cœteris munimentis quibuslibet, quibus muniri cœteræ simul solitæ Civitates, muniendi, ibidemq; judicium habendi, judicium ponendi & super universis casibus & excessibus, Sangvinem, corpus, mutilationem membrorum sive res attingentium judicandi potestatem habere, quale Privilegium Imper. Ludovicus quartus A.C. 1328. Friderico Burggravio Norinbergensi concesisse recenset Melchior GOLDAST. *Tom. 1. collect. constit. Imp. pag. 330. seqq.*

# XI. DIPLOMA.

## CONFOEDERATIO DN. COMITUM ab EBERSTEIN ET FURSTENBERG/ ALIORUMQUE NOBILIUM MAJORUM, CUM CIVITATIBUS STARGARDENSI, GRYPHENBERGENSI ET TREPTOVIENSI AD REGAM, A.C. 1354.

WY Greve Otto van Everstene/ en Here des Landes to Nougarden/ unde use waren Erffnamen. Greve Olrick van Vorstenberghe. Herr Syverd Lode/ en Ryddir. Henning Lode/ Wy/ use Kindere/ und use waren Erfnamen. Herr Hince Vidante een Ridder / mine Veddern und use waren Erffnamen. Herr Egghard van Dewitze en Ridder /

mine Bröder/ use Veddern und use waren Erffnamen. Thiederich und Syvarth van Stegheliße/ use Vedderen und use waren Erffnamen. Jacob Borcko/ olde Claus Borcko/ unde junge Claus Borcko van Vangherin/use Brudere und use Veddren und use ware Erffnamen. Lodewych van Wedelen/ junge Lodewych van Wedele/ de van Kremmezowe gehete syn/ uuse Brudere /uuse Veddern/ use waren Erffnamen/ und al de van Wedele gheheten syn/ de se Sich van usen Heren de Hertoghen Gödere hebben. Henning/ Borghard/ und Henrich/ Hern Arndes Söne/ de gheheten syn van der Osten/ use Veddern und use waren Erffnamen. Her Sabell Mandüvel / Gherd Mandüvel / use Brödere / use Veddern und use ware Erffnamen. Claus und Hyppolt / de de Troyen ghehete syn/ use Brödere/use Veddern und use ware Erffnamen. Herman Brüseviße/ Tyderich Brüseviße/ Veddern/ use Brödere/ use Veddern und use ware Erffnamen. Wy don wytlich al den gehnen/ de dessen Breeff anseen und hören/ und hebben des uns endraghen mit de Steden/ de hier na gheschreven stan/ dat synt de van Stargarde/van Gryphenberge und van Treptaw / mit also daner Hülpe/ alse hierna geschreven steit. Dar jemandes wolde vorunrechten use Heren Hertoghe Bugzlave/ Hertoghe Barnym/ Hertoghen Wartislaff/de Broders ghehetten syn/und ere Mann und ere Stede/ de hier vorbenömet stan/de se wolde verunrechten/ und nicht an Rechten sick ghenöghen willen laten/ by Namen (Straten-Röver/ Mörder/ Boddemstülpere/ Mordtbernere/ und de ghene de se huset und hövet/ und alle unrechte Lüde/ und alle de ghene/ de use Heren und uns vorunrechten willen/ edder alß dat des den heten noch worde/ so will wy en volghen alse daarne ofd se uns use Koste ghеven willen/ unde vor Schaden stan willen bynnen Landes. Were dat jenichman der Stede een edder se alle/ de hier vore geschreven stan/ vorunrechten wolde; So schole wy em volghen myt al des danner Hülpe/ dat iß / mit anderhalv hundert Ryddere und Knechten/ up uuse eghene Koste und up usen eghenen Schaden,

den/ de schölen aldus geschicket wesen/ Vestichk mit Helmen und hundert Wapende Mann. Weret over dat des groth Noth were / so schölen we em behülpen mit Sloten und vuller Maght. Were dat jemand use Heren/ Mann und here Stede verunrechten wolde/ so love wy nu truwen den vorebenömenden Steden/ dat wy se by Rechte beholden willen und dit Gelövede stede und vast holden willen. Were dat dar jennich Thwedracht worde manck de Steden edder de Mannen/ dar sall men ene Borgher mester und ene Radman uth ener eßliken Stat/dee hier vorbenömet stan/ tho senden mit dessen Mannen/ de hier vorbenömet stan/ Greve Olrich van Vorstenberghe. Her Syvert Lode. Henning van der Osten. Thiedrick van Steghelitze de Schöle hören und Ze Maght hebben to berichtende. Weß de Teine endräghen/ dar schal nemand wedersprekeu. Were dat jenichman dese Dinghe nicht holdene wolde/ eder uth desen Deghendinghen sick setten wolde/ den schölen wy verdörven /alse wen ed use apenbare Vyend were. Were dat en manck den Rydderen und manck den Knechten under des vorstörve/ so schall men ben Ver Weken enen andern an de Stede nehmen. Dese Deghedinghe und alle dese Endraght de schall stan alſo nu Pyngsthen to kump vort over Ses Jahren. Uppe dat alle diße Dingh stede und vaste blieven/ so hebbe wy vorbenömede Riddere und Mann use Jnghesegele an desen Breeff ghehenghet. Und iß geschehn to Nöwgarden / in den Jahren uses Heren/ Dusend Jar/ Drehundert Jar / in deme Ver unde Veftighesten Jare/ des neghesten Vrydages na Sunte Johannes Daghe/ alſo he in deme Olije ghesoden wart.

## ANIMADVERSIONES.

Formulam hujus fœderis ex ipso originali se transumpsisse scribit DN. Samuel GADEBUSCH in Excerptis suis. Causa confœderationis ex ipso Diplomate dilucide apparet, nempe ut intesti-

festinæ invasiones & expilationes averterentur, cum enim iis seculis, ubi vis potior erat jure (da das Faust- und Kolben-Recht im schwang ging und viel aus dem Steg-Reiff sich nereten) & χειρόδικαι prævalebant aliiq; prædones ac latrones, quibus interdum nobiles quidam asyla in prædiis suis præbebant, nunc hunc, nunc illum per vim invaderent, itinera deprædationibus intuta redderent, necnon eò usq; hac sua detestanda audacia pergerent, ut nonnunquam alios honestioris animi nobiles de propriis domiciliis & arcibus utcunq; munitis expellerent, omnibusq; rebus suis spoliatos miserè trucidarent, postulabat necessitas, ut & alii quibus de meliori luto finxerat præcordia Titan coirent, & animadvertentes, singulos se defendere non posse, peculiares quasdam confœderationes inter se & cum vicinis Civitatibus de mutuâ defensione inierunt, atq; inde in superiori Germaniâ ortum Ganerbinatus habere, constat, ut generosioris animi homines á communi patriâ incursiones hostiles arcerent, exterorum expilationes averterent, nec non se suasq; facultates contra prædonum latronumq; invasiones junctis viribus defenderent, de quibus vid. B. D. *Justus* SINOLD, cognom. Schütz/*de statu Rei Roman. Vol. 1. Disp. 9. th. 13. & seqq. pag. 608 & seqq.* An autem nostri Comites & nobiles, nec non Civitates, ut Landsassii & Pomeraniæ Ducum subditi, ineundorum fœderum potestatem habuerint, hîc meritò disquiritur? Et puto, quod sic: quamvis enim regulariter confœderationes iis solum permissæ censeantur, qui in suis territoriis jura Imperii, & omnimodam jurisdictionem habent, quiq; præter Imperatorem immediatè superiorem neminem recognoscunt, aut qui certâ saltem lege & conventione superiorem agnoscunt, & extra pacta illa conventa suâ placidè fruuntur libertate, ut expressè constituitur *per text.* AUR. BULLÆ *Tit. 15.* Ioh. MAGER à Schönberg *de Advocat. armat. cap. 6. num. 224* E contrario vero ut collegia regulariter illicita censentur, nisi ex Senatus consulti vel Cæsaris authoritate ineantur. *l. pen. §. 1, ff. de Colleg. & Corpor.* Sic & subditorum confœderationes, nisi approbantibus & consentientibus superioribus fiant. *Joach.* MYNSINGER à Frundeck *Centur. 6. Observ. 2.* Est enim

eadem

eadem ratio prohibitionis fœderationum, quæ Collegiorum, & Dd. hunc textum ad confœderationes communiter applicant. Vid. Petr. KILLING: *de Ganerb. Castror. disc. 15. num.* 18. D. Georg. Theodorus DIETERICH *in Notis ad A. B. tit. 15* Hû: faciunt *l. denunciamus C. de his qui ad Eccles. confug l. 1. & 2. C. de sedit. l conventicula C. de Episc. & Cleric. c. qui Clericorum 11. q 1. d. t A. B 15.* Quòd si subditi inter se côierint, conspiratio, si juratò id fiat, conjuratio: si adversus Magistratum, rebellio dicetur; qualis fuit seditiosorum rusticorum A C. 1522 Et colligatio quorundam Nobilium, quorum caput erat Guilielmus Grumbachius. *Jacob* Augustus THUANUS, *lib.* 41. *Histor.* Verum, hæc non obstant, cum in AUR. B. *tit.* 15. factæ ab inferioribus sine superiorum consensu confœderationes reprobantur, quæ cum ipsorum consensu necessariæ defensionis causâ fiunt, approbari videntur: Et consensu quidem non expresso tantùm sed & tacito, jure nimirum permittente: add. ORDIN. CAM. *part.* 2. *tit.* 9. §. So iemand. Vers. aber den Beschedigten/ ibi: seine Freund und Helffer: Vel cum is, qui se spoliatum iri timet, ligam vel societatem ad sui defensionem cum aliis contrahit: Id enim pacis publicæ constitutio pariter admittit. *Joach.* MYNSINGER *Cent.* 6. *Obs.* 3. *num.* 8. & defensio ac tutela rerum suarum, ac personarum, jure naturali ac gentium concessa est. *l. ut vim 3. ff de just. & jure l. 1. §. vim vi. 27. l. 3. §. cum igitur 9. ff. de vi & vi arm.* Quo autem jure alicui se ipsum defendere licet, eodem etiam ad sui suorumq; defensionem alios advocare permissum est. *l. refectionis 11. ff. commun. præd.* Præsertim cum adversus plures unus non sufficiat, sed pluriū societate tenuior atq; impotentior quisq; maximè indigeat, ipsaq; naturâ ducente hunc in finem instituta esse fœdera videantur. D. *Just.* SINOLD. cogn. Schütz/*de Statu Rei Romanæ vol. 2. Disp. 12. th. 10. lit. d. & e. pag. 342.* Sunt quidem plures de pace publica Leges & Constitutiones diversis temporibus editæ. In jure civili exstant integri tituli tam in Digestis quam Codice ad *L. Juliam de Vi publica.* ubi severis pœnis in eos animadvertitur, qui per vim contra tranquillitatem & quietem publicam quicquam suscipiunt. Huc per-

tinet titulus *C. de seditiosis, & de his, qui plebem contra rempubl. audent colligere*, ut de jure & consuetudinibus Feudorum nihil dicam, in quibus pariter dispositum est *de pace tenenda & ejus violatoribus*. Quibus addi potest liber de Pace Constantiæ composita inter Imperatorem Fridericum I. & ejus filium Henricum & quosdam Nobiles (id est, uti explicat *J.* SINOLD Schütz *de Stat. R. Rom. d. Vol* 2. *Disp. 4. th. 2. lit. d. pag. 521.* Principes) Alemanniæ ex una parte, & civitates quasdam Italiæ ex alterâ parte. His exemplis excitatus Maximilianus I. laudatissimus Princeps, postquam in Comitiis Wormatiensibus A. C. 1495 *Judicium* Camerale instituisset, eodem anno d. 7. Augusti Constitutionem promulgavit de pace publicâ, *Rubr.* Der Königliche Landfried/ ibi. Darauff haben wier alle offne Vehde/ durch das gantze Reich auffgehoben und abgethan/ heben auch die hiemit auff/und thun die ab von Römischer Königlicher Macht/und mit Krafft dieses Brieffs. Fuit omnino necessarium, per Legem peculiarem corrigere mores veterum Germanorum, qui solebant armis lites finire. Audiamus verba Petri de ANDLO *de Roman. Imp. lib. 2. cap. 16.* Eò res, ait, redacta est, ut non modò vi oppressus vix *Judicem*, ad quem recurrat, inveniat; sed & dum post longos laborum circuitus vix tandem *Judicem* obtinere contigerit, deficit tamen plerumq; qui res judicatas executioni mandare aut velit aut possit. Hinc jam Patria continuis diffidationibus exagitatur, hinc jam tela volant, furibundæ sparguntur faces, hinc armorum, arcuum sonat fragor, & injuriosus mucro omnia prosternit. Posteà A. C. 1500 Augustæ Vindelicorum eandem constitutionem repetiit Maximilianus, superadditis aliis quibusdam capitibus, quæ videbantur priori Constitutioni deesse. Maximilianum secutus est Carolus V, Imp. Carolo Magno ætate & annis quidem posterior, sed Virtute atq; animi dotibus par omnino & similis. Nullus Imperatorum plura Comitia habuit, nullus tot labores pro Imperio sustinuit, nullus post Carolum M. Legibus magis firmavit Rempubl. Vidit prudentissimus Imperator, plurimùm momenti positum esse in publicâ pace, ideoq; omnia illa quæ à Maximiliano in hunc finem edita fuerunt, non approbavit tantùm, sed in di-

diversissimis Comitijs & diætis mirum in modum auxit. Testantur hocipsum Recessus Wormatiensis de A.C. 1521. Noribergensis de A.C. 1522 & Augustanus de A.C. 1548. & 1551. Idem factum ab ipsius Fratre Ferdinando I. Augustæ Vindelicorum A.C. 1555. Ratisbonæ A. C. 1557 iterumq; Augustæ A.C. 1559. Non potuit hæc constitutio de pace publicâ satis augeri, ideoq; à singulis ferè Impp. aliquid adjectum est, ut crescente hominum petulantiâ, novis subinde clausulis & capitibus opus fuerit, ne cuiquam daretur occasio elabendi. Itaque Maximilianus II. Augustæ Vindelic. A.C. 1566. Spiræ A C. 1576 & Rudolphus II. A. C. 1598 huic constitutioni quasi colophonem imposuerunt, illa omnia prioribus inserentes, quæ ex facti speciebus noviter emerserant. Ab illo tempore à subsequentibus Impp. nihil amplius in hanc rem constitutum est. Et hæc generaliter in Imperio Romano Germanico pro obtinendâ pace publicâ infinitis penè laboribus acta sunt, quid in unaquaq; Provinciâ pro eâ laboratum sit, nimis prolixum foret hîc afferre, nec nostri est instituti. In patriâ nostrâ Pomeraniâ quando pax publica, der Land-Friede/ per Pom. Duces piissimos b. m. promulgata & tractu temporis in utramq; Pomeraniam introducta fuerit, ostendi supra *in Animadversion. ad Diploma 6. pag. 173. & seq.*

# XII DIPLOMA.

## PACTA CONVENTA NOBILIUM BORKONUM ATQ. CIVITATUM COLBERGÆ ET TREPTOÆ, A. C. 1445.

WY Borgermestre/Radmanne/Wercke/unn Menheid der Stede Colberghe unde Nigen Treptow/vor uns unde use Nakamlinge bokennen/ apenbar tügende/ in deseme apenen Breve/ vor alsweme de ene Seen/edder hören lesen/dat wy hebben endrachtliken annamen und beschlaten ene ewige Sate unde Vre-

de mit den düchtigen Mannen/ Heren Hans/Joachim Schir Borkon/Mazke/Joachim/Johannes Bruders unde Heren Hanns Sönes/geheten de Borken/ also dat wy willen ümme des gemeinen Besten willen des wanckenden und wanderndes Mannes dee Straten reine holden/ Schinre/ Rovere/ Mißdedere verfolghen/ und willen Se nicht husen/haven/harbarghen/ upholden/edder en ienighen Willen bowisen/ iste mit Rade edder Dade/unde usen gnedigen Heren von allem dat wy dorch Recht em plichtig sind to donde baven alle Dingk. Und ist jemand wolde de Vorbenömeden Borcken schinnen/ roven/edder argen baven Rechte; so schölen en use Stede/ Gebede unde Dorper apen wesen to allen Tyden. Unde ist id schege in tokamenden Tyden/dat de Borcken to uns van Colberghe/den usen/edder to usen Nakömmlinghen Toseggend hedden iste kreghen/ und uns van Colberghe unde de unsen darüm escheden/so willen wy unde scholen to Treptow inriden/ unde de van Treptow schölen över uns richten/ unde weret/dat de ergenömeden Borcken Tosprake hadden edder kregen to uns van Treptow/ so schöle Wy inriden to Colberge/unde de van Colberghe över uns richten/ na Tosprake unde Antworde. Desgeliken wenner Wy van Colberghe Toseggend hebben to den vorscrevenen Borcken/ so schölen se inriden binnen Treptow/ unde Wy van Treptow richten/ und wenner Wy van Treptow Toseggend to en hebben/so schölen se inriden binnen Colberghe/ unde wy van Colberghe denne över Se richten/ So ere versegelde Breve darup versegelt/ inholt. To Tüchnüsse dißeme allem hebbe wy irgenamte Stede Colberge unde Nigen Treptow mit Willen user Menheit user Stede Secret laten hengen vör dissteme openen Brev/ de gegeven und gescreven is/ na der Bort Christi uses Heren Verteien hundert Jahr/ dar na Fieff und Vertig des Mandages na Philippi & Jacobi Apostolorum.

## ANIMADVERSIONES.

Diplomata duo proxima, reservata Pomeranorum Ortographia dedi, de tertio, sive decimo in ordine, quod agit, de fundatione

Ci-

Civitatis Publiß/ non tantùm dubitavi, an ab initio Germanicè fuerit conscriptum, sed etiam Amicus, qui illud multis ab hinc annis liberaliter mecum communicavit, cujus verò nomen mihi è memoriâ excidit, mihi retulit, illud è Latinâ in Germanicam Lingvam translatum esse, quod etiam facilè apparet ex ejus relectione. Non alienum mihi visum fuit, hic aliquid addere de Lingvæ Germanicæ origine atq; antiquitate, & ejus in diversas dialectos divisione. Sciendum igitur hoc primùm, Lingvam nostram Teutonicam ortum habuisse eodem & loco & tempore, quo natæ sunt aliæ omnes, præter Hebræam, nempe, cum Nimrodica gens nominis sui memoriam posteritati tradere conata, exædificaret in terra *Sinear*, quæ postea ab eventu Babel appellata est, inusitatæ altitudinis turrim, Anno mundi 1756. quod factum divinitùs impeditum fuit confusione lingvarum *Gen. cap. 11.* Tunc igitur & Germanicam lingvam natam esse, vero consentaneum est, ex quo simul lingvæ nostræ antiquitas apparet. Vid. *Johannis* CLAJI *Grammatica German. Lingva in dedicat. in pr. Johan.* LIMNÆI *Juris Publ. Tom. I. lib. 1. cap. 6. num. 50.* Quæ verò prima Dialectus Lingvæ fuerit Teutonicæ tradit post alios Just. Georgius SCHOTTELIUS *de singularib. & antiquis in Germania Juribus & Observat. cap. 9* vom Weichbild-Recht/ *num. 5. pag 269* verbis: Es hat mit der Teutschen Sprache dem Ursprung und ietzigem Zustande nach die Bewandniß/ daß die alte Tuitsche oder Teutsche Sprache ein Haubt-dialectus und vorneme MundArt der uhralten Celtischen Sprache/ und zwar in dem Theile Europens/ so Teutschland geheissen und annoch heißet/ sonderlich gewesen und geblieben: Und hat diese Lingva Teutonica vor langer Zeit sich gleichsam haubtsachlich beginnen zusonderen und zutheilen/ in das alt **Fränckische** und das **alt Sächsische**. Das alt Sachsische oder Nieder Teutsche hat hinwieder unterschiedliche MundArten oder Dialectus, als das Brabandische/ Hollandische/ Friesische/ Westphalische/ Braunschweigsche/ Hollsteinsche/ Pomerische/ Mekelburgische/ Märkische/ Preussische Liefflandische/ wie auch das alt Fränkische gleichsam hinwieder gesondert

dert in andere Idiomata oder MundArten/ als da ist die Oesterreichische/ Bäjersche/ Schwäbische/ Frankische/ Meißnische/ Thüringische/ Heßische/ Schlesische/ Schweitzerische. *J.* G. SCHOTTELIUS *in opere de Lingua Germanic. pag. 152 & seqq.* Das Fränkische hat mit der Zeit und sonderlich in denen nach Caroli M. erfolgeten Jahrhunderten oder Seculis sich sonderlich beginnen hervorzuthun/ und zwar immer mehr und mehr nach der MundArt und Eigenschafft/ so man nennet Hochteutsch/ darin man auch hernach begunnen die publica Imperii acta auffzuzeichnen/ wie solches aus den ältesten Schrifften und documentis, und aus der collation untrieglich abzunehmen und zuersehen: Ist auch diese per Secula angenommene und auffgebrachte Hochteutsche Sprache/ wiewol nicht ohne vielfältige Enderung/ in Keyserl. Chur- und Fürstlichen auch anderen Cantzeleien mit der Zeit also angenommen/ ausgeübt und bißhero behalten worden/ das in Teutsch Land die gangbare/ allgemeine und iedwederem in seinem Stande dienliche Sprache nunmehr ist und wird gehalten die also genante **Hochteutsche Sprache**. Worin unter hohen Häubteren und Potentaten / auch unter Gelahrten im Geist- und Weltlichen Wesen und sonsten durchgehends/ was vorkommen sol und kan/ abgehandelt wird/ die auch nicht ohne großen Nutz also in Kirch- und Schulwesen eingeführet worden. Von der uhralten Celtischen oder alten Teutschen Sprache ist gründliches und haubtsachliches/ nach dero consistentz nichts augezeichnet und auff die Nachwelt fortgebracht/ außer was etwa Armgrinus, Olaus, Wormius, Spelmannus, Olaus Magnus, Rodornius, Verstagen, und etwa mehr andere von dem Altwesen der Celtischen Rede/ nach ieder Mund-Art angemercket/ und uns also die rechte und volle Kundigkeit derselben Ertz-Sprache zuergrübelen und zuerlangen nicht möglich seyn kan. Hactenus SCHOTTELIUS. *Joh.* CLAJUS *l. c.* affirmat, Saxonum Lingvam primam fuisse, & constat è monumentis historiarum, non tantùm in Misnia & Thuringiâ atq; Hallis, ( meaper biennium hospita, quæ hodiè Saxoniæ plerumq;, à multis verò Geographis Thuringiæ; Vid. Dn. D. Gott-

fridi

fridi OLEARII Ort und Zeit-Beschreibung der Stat Hall in Sachsen/ *part.* 1. *cap.* 1. *pag.* 3. ab aliis Misniæ, unde Hala Hermundurorum annumeratur, Petrus ALBINUS in seiner Meißnischen *Chron. fol.* 86 & 180) Lingvam Slavonicam, die Wendische Sprache/ viguisse, Slavi enim has terras cum adjacentibus usq; ad Caroli M. tempora habitarunt. Gottfr. OLEARIUS *c. l. cap.* 3. *pag.* 8. 9. sed postea hos populos lingvâ Saxonicâ, alt Sächsische Sprache/ usos fuisse, cujus rei egregium habemus Exemplum in memorata urbe Halâ, quod refert Christianus HEROLD *in Tract. Historico-Polit.* Von Ursprung und Auffnemen der Stäte *Cap.* 10. *pag.* 44 verbis: Als Kayser Otto der dritte/ denen Stäten in Sachsen hin und wieder sonderbare Wapen und Freyheiten ertheilet/ seye er auch gen Hall in Sachsen kommen/ und in dem er damit ümgangen/ was er der Stat für ein Wapen geben wolte/ habe er gefraget/ was ihre Nahrung seye? Worauff ihme der damahlige Rathsmeister (Bürgermeister) zu Hall (mit diesen alt Sächsischen Worten/ wie Sie denn dazumahl noch geredet) zur Antwort gegeben:

Wend dat wi up den Avend hebben Waater un Holt:
So hebben wi Morgen frü Silver un Golt. &c.

Conradus von HOEVELEN/ in Hamburgs-Hoheit IV. Abtheil. *pag.* 102 und Lüneburgs Fürtreffligkeit VI. Abtheil. *pag.* 70 non incommodè lingvam Germanicam in quinq; ætates partitur, in der Sächsisch oder Nieder-Deutschen Sprache/ inquit, stäcken noch viele alte Deutsche/ Celtische und Runische Wörter: Und ist die Celtische die alte Deutsche Haupt-Sprache. Deut heißet Got/ Deutsche die Göttlinge/ maßen in ihrer Sprache etwas geheimes verborgen. &c. Fünff Dänckzeiten der Deutschen Sprache hat man/ als 1. die alte Runische oder Zeltische Jafetische/ 2. Zu Caroli M. Zeit/ A. C. 800 da die drey gelahrte Männer Raban, Haimo und Strabo die H. Schrifft zu Deutsch gebracht/ welches lange zuvor Ulphilas der Gotische Bischoff gethan. Otfried der alte Münch/ hat damahls die Evangelien in deutsche Reimen gebracht. 3. Zu Käys. Rudolphi

I. R.

perpaucæ supersunt prosapiæ. De majoribus quibusdam in Pomerania Nobilibus, utpote, der Dewitzen/Wedele/Glasenappen/& similium, imprimis Borckonum constat, eos usq; ad tempora *Johannis* Friderici, Ducis Pomer. super feudis avitis non petiisse Investituras, bene tamen super novis, ex gratia concessis, e. g. der Vidanten Lehne Borkonibus collata ab Erico Rege Dan. & Duce Pomeraniæ. Post hæc tempora homagia quidem præstitisse, etiam super feudis antiquis, sed cum protestatione. Literas autem Investiturales non redemisse usq; ad ultimum Pomeraniæ Ducem, Bogislaum XIV. vid. Matthias WESEMBEC *part. 3. Consil* 148 & in literis quibusdam Investiturarum inclutæ familiæ derer von Dewitzen clarius exprimitur, daß ihnen die Erbliche Gerechtigkeit/ ihrer Vor-Eltern am Hause Daber bestetiget werde. B. Martinus CHEMNITIUS *in Consilio suo*, quod in Consilijs B. D. *Johan.* Brunnemanni ultimum est, *num. 247*. Hinc facilè est colligere, quam difficile sit hoc modo nobilium familiarum in Pomerania vetustatem probare. Testantur tamen Historici exteri, imprimis Polonici de dictis familijs Pomeranicis, utpote Mart. CROMERUS, Salomon NEUGEBBAUER & alij, qui Borkones vocant Porcos, atq; Borkovios, & referunt quod Castra, Vicos, pagos & prædia possederint. Die von Wedel/ vocant Vedelios, & propter multitudinem, turbam Vedelorum. Hæ, & similes familiæ, omnibus Investituris sunt antiquiores, quæ bona sua hereditaria à Vandalis propriâ virtute vindicarunt, & non ut Vasalli, sed Subditi venerati sunt Principem Protectorem Vid. Dn. Matthias MöLLERUS, *de Feudis Pomeran. Cap. 1.* qui, ut ipse ingenuè fatetur, hæc & similia è B. Parentis sui, Dn. *Johannis Mölleri*, Consiliarij quondam Provincial. & Consulis Gryphenberg. optimè meriti Excerptis diligenti opera congessit & bono publico edidit (optandum sanè, ut hæc cum pace candidi Lectoris extra ordinem addam, ut Patriotæ jura Provincialia ita curarent, quo in certum ordinem redacta, immenso Subditorum commodo typis evulgari possint, uti inaudivi, *Conclusa Pomeranica* vulgò dicta, factâ revisione, bono publico propediem iri editum, gratulor ex animo de laudabili Proposito Patriæ, & Patriæ Pa-

tribus, imprimis illustri Virorum bigæ, Serenissimi Electoris nostri Consiliariis primicerijs, *Laur. Georgio & Ernesto* de Krockow/illi Cancellario, huic ArchiDic. Directori vigilantissimis, cœterisq; Consiliarijs tam Regiminis quam Provincialibus laudatissimis. Opus diu desideratum, uti Recessus Provinciales hinc inde testantur, & quod de dictis Conclusis in specie Franciscus, Dux Pomer. in Edicto suo A. C. *1619.* id omnes boni de cœteris patriæ juribus desiderant, Das S. F. G. dieses Werckes Beforderung sich höchlich angelegen wollen seyn laßen/ weil es einig und allein den gehorsamen Land-Ständen zum beßern Auffnemen/ und damit Sie in Aussteuer-Sachen sich selbst rahten und helffen könten/ und nicht nöhtig haben gelahrte Leute/ als Advocaten und Procuratoren iedesmahl zubesuchen/ kostbahre Procefs zutreiben/ und sich da durch am Vermögen selbsten zuerschöpffen. Vid. Dn. Matth. MöLLER *d. Tr. in Præf. & cap. 5. th. 46. num 23. pag. 115.* Illud tamen hic notandum, non omnia, præsertim, quæ spectant debita feudalia, atq; consensum Domini & Agnatorum, in utraq; Pomerania, Vor- und Hinter-Pommern/ Stetinischer und Wollgastischer Regierung/ valere, licet enim ulterior & citerior Pomerania unum corpus constituant, communiaq; habeant Privilegia. David MEVIUS, *part 5. Decis. 247. num. 2.* Nihilominus certum est, Pomeraniam Stetinensis Regiminis, multùm secessisse à Privilegijs, uti per singulares ejus loci Conventiones, Constitutiones, conclusa, observantiam & mores JCti Pomer. ubiq; probant. Pomeraniam verò Wolgastensis Regiminis, Privilegia comunia strictius observare, testatur MEVIUS *d. l.* Dn. Joh. Georg de COLLREP, *de Dotat. Virgin. nobilium in Pom. Cap. 4. th. 7. n. 19.* Devitii fuerunt Comites à Fürstenberg Reliqui vulgares modi nobilitatem probandi, extant apud Josiam NOLDEN, *de statu Nobil. cap. 20 per tot. pag. 450.* seqq. add. Andreas TYRAQVELLVS *de Nobilitat. cap. 37.* D. Joh. Conrad. Kreydenmann/ Tr. von des Teutschen Adels/ sonderl. der Reichs-Ritterschafft in Schwaben/ Staat/ Stand/ Ehren. *Quæst. 10. num 17. pag. 98.*

Lubet hic nomina nobilium quarundam familiarum, quæ in Pome-

merania, præsertim Electorali & Principatu Camminensi desierunt, repetere, reliqua dabit studium Nobiliss. & Consultiss. Dn. Alberti EL-ZOVII, Consularis Anclamensis, mihi longâ consvetudine & amicitiâ charissimi, in *Speculo Nobilitat. Pomeran.* quod propediem exspectamus. Exhibent ergo vetusta Diplomata, Protocolla aliæq; membranæ, quæ mihi observare licuit, sequentia.

| | | A.C. |
|---|---|---|
| Allvelde. | Petrus de Allvelde floruit | 1307. |
| Anklame. | Henning, Jacob, Hinricus Von Anklam | 1456 |
| Appeldorne. | Johannes de Appeldorne/ Miles Wartislai III. | 1242. |
| Arneburge | Hinricus de Arnenborg | 1280. |
| Baden. | Heidenricus Bade (Bode) Consul Colberg. | 1364. |
| Balcken. | Herbertus Balcke/ Ottonis I Miles | 1309. |
| Baldekower. | | |
| Bassen. | Heine de Basse, Armiger | 1331. |
| Barsen. | Barsa, vir nobilis in Colberge, tempore Duc. Cas. | 1175. |
| Barvote. | Sigismundus Barvote Georgij I. Aulæ Magister. | 1528. |
| Battin. | Otto & Henning Battin | 1456. |
| Belikowen. | Willekinus de Bellico, Abbat. Belbug. Vasallus | 1285. |
| Bellin. | Georg Bellin | 1456. |
| Bendekowen. | Gaye von Bendekowen/ Eques | 1343. |
| Bertekowen. | Johannes von Bartekaw/ Otton. I. Consiliarius. | 1295. |
| Bartosenke. | Matthæus, dictus Bartosenk/ Bogislai Miles | 1307. |
| Blöcke. | Janeke Block/ Eques | 1409. |
| Bobline. | Betheke von Boblin/ obijt | 1309. |
| Böcke. | Sigfridus à Bock/ Episcopus Camin. XX. electus an de hac familia etiam sint | 1425. |
| | Reimraus Buck, miles cujus mentio fit in Diplom. 3. Barnimi Ducis Pom. quod exhibet Dn. Val. JASCHIUS in calce sui Otton. Bamb. p. 450. nec non | 1347. |
| | Nicolaus à Bucco, al. Schippenbeil/ XIIX Episc. Camminens. qui | 1395. |

 Epi-

Episcopatu abijt & ordini Borussorum adscriptus est, certò asseverare nequeo. vid. supr. pag. 127.

Bockholte. Flore, dictus de Bokholte, Miles 1308.

Bekemanne.

Bolentien. Iohannes de Bolentin, Wartislai IV Notarius 1322.
Subislaw de Bolentin, Famulus 1337.

Bonenhusen. Ulricus & Fridericus de Bonenhusen, Milites 1276.
Wulphardus de Bonenhusen, Pleban. in Zirkevitz. 1337.

Bornsteden. Ex hâc familia quidam Colbergæ Salinarum Domini fuerunt seculo 13 post Christum natum.

Boytzenberge.

Bomiswolde.

Botware.

Brakele. Petrus von Brakel/Ottonis I. Consiliarius 1295.
Petrus von Brakel/Consul Palæo-Stetin. obijt 1308.
Johann von Brakel/Senator Stetinens. obijt 309.
Huic familiæ idem Otto I. majorem & minorem Regelitzam prope Stetinum cum omnibus pertinentibus in feudum dedit, un. de Brakels-Werder. Paul. FRIDEBORN. Stett. Gesch. lib. 1. pag. 41.

Breline.

Brischower.

Breitzige.

Brekowen.

Broitzen. Titboldus de Broitze, Abbas Belbuc.
Johann. de Broitze/al. Tyme Consul Trept. Fratres. 1290.

Brüschaver. Bartholomæus Brüschaver / zu Brüsenfeld/ per Strategema Gartzam occupat 1477.
Quidam putant hanc unam eandemq; esse familiam mit den Palen.

Bu

Bukermanne.

Caghen. VVulphardus Caghe/Abbat. Belbog. Vasallus 1282.

Carenßen.

Carithen. Martinus à Carith, Episcopus Camminſ. electus. 1498.

Cholben.

Cirkeviken. Ganzkinus de Cirkevike/Abbat. Belbog Vasall. 1337

Clüßken.

Coldenbache.

Crummenhusen. Johannes Crummenhusen/Consul Treptov 1523

Lucas von Crummenhusen/Cap. Cammin Scholast. 1525

Cummerowen. Casimirus & Reslavus de Cummerow/Milites 1269.

Teslaus de Cummerow, Barnimi Miles 1276.

Curawen. Johann von Curaw/Ottonis I. Consiliarius 1295.

Dabelsteine. Dithmarus Dabelstein/ Eques & Consul Colberg. 1354.

Dadowen.

Degen. Hanns Degen/ Armiger. 1456.

Draken. Nicolaus Draco, Bogislai IV. Miles 1285.

Otto von Draken/ tempore Ottonis I. 1295.

Hermannus Drake, Bugislai Miles 1299.

Dresowen. Tide Dresow/ vendidit Carnitzijs Dresow 1369

Dreusen.

Duelsowen.

Eggebrechte. Bernhardus Eggebrecht/ Doctor & Præpositus Capituli Camminensis 1506.

Jacobus Eggebrecht/ad S. Ottonis, Palæo-Sedini Decanus 1531

Vid. Dn. Mich. PRAUN/von denen Adel- und Erb. Geschlecht. in den R. Stätten. pag. ult.

Eichhorste.

Elsholter. VValter von Elsholt 1294.

Rodolph & Gerhardus Frr. de Elsholte floruerunt 1335

hæc familia multos dedit Equites.

Eriken. Guntherus de Erik, Casimiri Advoc. terræ Stolp. 1374.
Eßhölter.
Falckenbörge.
Feldhelme.
Friedländer. Hinzeke Friedland 1337.
Fugen. Otto Fuge/ Consul Stralesundensis 1453.
Garin. Petrus Garin/ Camminensis Capituli Decanus 1457.
Germen. Theodoricus de Germen, Canonicus Colbergensis. 1281.
Gniesörmer. Ex hac familia fuit quidam belli Dux contra Polonos & ad Christianismum conversus fuit 1107.
Göriken. Christoph. Görike zu Hunßhagen/F. Cammerirer 1621.
Greben. David & Segelin Fratres de Greben 1278
Greiffenberge.
Gripen. VVerner Gripe/Canonic. Camminensis 1450. ob comissas deprædationes exstirpati.
Grummetoen. Claus Grummetow/ Armiger 1450.
Gumptowen. Vullekinus de Gumptow Eccl. Belbug Vasallus. 1307.
Sabellus Gumptaw Bugislai V. Famulus 1335.
Sabello & VVulphekinus de Gummetow, Armigeri & Abbatis Belbug Vasalli 1337.
Gurickowen. Bernhardus de Gurikaw, Eccles Belbuc Vasallus. 1287.
Güzelvitzen. Gerardus de Güzelvize, Famulus & Abb. Belbog. Vasallus 1337.
Hince de Güzelvitze, Consul Neo-Treptoviens. 1378.
Nicolaus & Iohannes Güzelvitzen/vendiderunt Carnitzijs Güzelvitz 1374.
Hakebeken. Hermannus de Hakebeke, Barn. I. Marscalc. & Miles 1269.
Harnitte.
Hasen. Exstirpati propter commissa latrocinia.
Hederich. Ulricus Hederich/ Wartislai Miles & Consiliarius 1322.
Heidenbürge.
Helme. Albrecht von Helme/Land Privileg. 1372.
Holpten. Hinrich von Holpten Bogislai X. Comes itineris in terram sanctam. 1496.

Hohenhusen. Arnold von Hohenhusen/ Senat. Stetinensis obiit 1333.
Benedictus Hohenhusen/ Consul Colbergensis 1499.
Peter von Hohenhusen/ Consul Colbergensis 1630.
hujus Filius Ioach. v. Hohenhausen/ Ducalis Münsterbergensis in Silesia Consiliarius & Capitaneus, in Groß & klein Nadlitz/ tertio lapide à Vratislavia, hereditarius, familiam in Silesiam traduxit. A. C. 1636.

Holken. Hermann Holke/ Consul Colbergensis 1364.
è reditibus bonorum (trium pagorum suorũ in Rugia sitorum Xenodochium fundavit Colbergæ Holke-Hospital dictum, quod hodienum durat.

Hollsten. Volrath von Stoikow/ al. Holstein Armiger 1320.
Timne & Syffrid Holsten in Stoykow 1337.
Hæc familia, relicto gentili cognomine, à Sede nobili Stoykow/ primo lapide à Colbergâ, nomen mutuata fuit. Pertinet hic pagus hodie ad Domania Electoralia.

Von der Host Heidenricus & Arnoldus Fratres de Host 1299.

Hukes. Arnelongus Hukes/ Bogislai Miles 1299.

Jerichoven VVilhelm de Jericho, Abbatis Belbugensis Vasallus 1285.

Jerliche. Iohannes Jerlich/ Capituli Camminensis Thesaurar. 1416.

Jncleven

Jordane. Ioachimus Iordan, Capituli Cammin. Scholasticus. 1416.

Kahne.

Kalvere. Kuneke de Kalve, Advocatus terræ Stolpensis 1374.

Kedinge. Ludowig & Stephan Keding, Bogislai IV. Milites 1299.
Ulricus Keding. VVartislai IV. Miles 1320.

Klotzowen.

Kniggen. Faustinus Knigge/ Cancellarius Episcopatus Cam. & Canon. Colbergensis 1580.

Koldebeken. Everhardus de Koldebeke, Bogislai IV. Miles 1281

Ale-

Manowen Otto Mano, Martini Episcopi Cammin Consiliari9 1512
Meyeno. *Johannes de Meijeno*, Bogislai Cappellanus 1307

Observandum, hic per *Capellanum* in vetustis membranis non intelligi Sacerdotem vel Monachum, ut vulgus literatorum putat, sed *Cancellarium*, uti explicat Christoph. LEHMANN, Speyrische Chronic. *lib. 2. cap. 8.* verbis: Den Raht/ in welchem der Ertz-Cantzler/ Cantzler und ihm Zugeordnete/ gesessen/ hat man Capellam genant. &c. Daher der Ertz-Cantzler Archicapellanus, der Cantzler Capellanus genennet worden. Aliud sunt Capellæ seu portatiles Ecclesiæ, à Constantino M. aliisq; Imperatoribus in castris adhiberi solitæ, de quibus Joach. STEPHANI *de jure Ecclesiast. lib. 2. cap. 2. num. 56. seqq.* & Nobilisſ. & celeberr. Dn. D. Samuel STYKIUS *in Addition. ad B. D. Joh. BRUNNEMANNI jus Ecclesiast. lib. 2. pag. 343. Voce Capella.* add. Petr. GREGOR. Tholosan. *Syntagm. jur. univers. lib. 13 cap. 29.* Guilh. DURAND. *Rational. Divin. Offic. lib. 2. c. 10. n. 8.*

Milderaht. Dietericus Milderaht/ Bogisl. X itin. Com. in Palæst. 1496
Mirografen. Hujus nominis quidam fundavit Monast. Dargunense circiter 1168.
Misterlowe. Panthen Misterlowe, Casimir. I Miles 1170.
Mökervitzen. Vidante Muckervitze/ Bogislai IV. Legatus 295.
Asmus Muckervitz vor Torgelow 1540.
Monche. Arnoldus Monachus, Bogislai IV Miles 1301.
Mose. Conradus Mose, wartislai IV. Miles & Vasallus 1309
Moitzowen.
Möringe.
Mörner.
Muddelmower

Reberge. 'Hinricus Reberch, Barnimi Cameræ Magister 1343.
Philippus Lumbach à Reberg, Episc.Cam. Elect. 1373
vid. supra Lumbach.
Rehten. Albertus de Rehten, Bogislai IV. Marescallus. 1301.
Hinricus & Conradus von Rehten/ Equites 1325.
Rohre. Bernhardus Rohr/ Doctor, Præpositus Colberg. 1489
Rostyn. Reinerus de Rostyn 1337
Roßawen.
Rützen. Albrecht de Rütze, Wartislai IV. Armiger 1310.
Rußeken. Marten Rußeke/ Famulus 1337
Sabowen. Ulricus Sabow/Casimiri Notarius Curiæ 1374
Sachsen. Ulricus Saxo, Barnimi & BugislaiPatr.& Filij.Mil. 1276
Johannes de Saxoniâ, Wartislai IV. Capellanus 1309
De Salice. Vide infr. Lit. W. voc. de Wida.
Schaden.
Schadewachten.
Sannen Arnoldus v. Sane/Eques & Consul PalæoStet.ob. 1306.
Scherffen.
Silleburen.
Schmolentin. Hinricus Schmolentin 1447
Civitatis Gryphenbergæ Sub-Vasalli fuerunt in Schmolentin; & Consules & Senatores Gryphenbergenses honorarunt, & recognoverunt ut Dominos feudi. Tenuerunt etiam feudum Stralenberg.
Schmorowen. Martin Schmorow/ Armiger 1391
Schnorren. Martin Schnorre. 1402
Schollentine Johannes de Schollentin/Barnimi Miles 1270
Johannes Scolentin, Ottonis Miles 1309.
Schrinnenbeck. Iohannes de Schrinnenbecko, Canon. Colberg. 1321.
Schwaneken. Nicolaus de Schwaneke VVartisl Notarius Curiæ 1310.
Schwese. Thidericus Schweff, VVartislai IV. Miles 1320.

Schwirsen.
Spoden. Henning Spode/ (vid. supra pag. 230.) 1350
Stodorchowir. Subomir Stodorchowir, Casimiri I. Miles. 1170.
Stegelitzen Dieterich & Syvarth van Stegelitzen 1354
Stoikowen Vid. supra lit. H. voc. Holsten.
Strekentine. Thidericus de Strekentin, Eccl Belbuc. Vasallus 1285.
Conradus de Strekentin, ejusd. Eccles. Vasallus 1289

Sunchowen.
Süverken. Ludovicus Süverke/( Züverke. vid. sup. p. 231.) 1364.
Thenine.
Theenen. Bartholdus Thene, Senator Colb. (vid. sup. p. 231) 1364
Tezentzen. Carsten Tezentze/Erici II. Land-Privileg. 1459.
Thiese.
Trebekowen
Treptowen. Conradus de Treptow/ { Bogislai IV. Capellanus. 1306. / Canonicus Camminensis 1310.

Ubriser.
Uchtenhagen.
Uchtorper.
Vemern. { Nevelingus / Conradus } von Vemern/ Bogislai IV. Milites 1287.
Conradus von Vemern/ Armiger 1459.
Vidanten. Hince Vidante/ Eques 1354
Vitenchowe.
Vösse. Gebhard Voß/ Swantibori III. Vicar. in Franc. 1370.
Grote Jacob } Voß 1456
Herr Jacob Eques }
Herr Hening Eques }

Voteßhäger.
Warnine. Wedige Warnin/ Aulicus Nobilis (Hoff-Juncker) in Arce Stetinensi, cum hoc extincta est familia, circa annum 1630.

Wede,

| | | |
|---|---|---|
| Webele. | Lübeke Webel/ Consul Colb. (vid. supr. p. 231) | 1350. |
| Wevelower. | | |
| Von der Wide. | David & Theodoricus de Wide, Milites | 1276 |
| | Godofredus, Dominus de VVida, (de Salice habent membranæ latinæ) Capituli Colberg. Decanus, *add. supra pag. 110.* | 1327 |
| | Magister Ludovicus de VVida, per Testamentum Eccles. Collegiatæ B. Mariæ Colberg. legavit pagos Zernin/Dassigard & Barthin/ nec non paratæ pecuniæ summan XI mille marcarum, aliosq; redit9 è Salinis Colb quarum Possessor erat non attento, quod Fratres superstites haberet dictum Godofredum Decanum, VVilbrandum, Johannem, Nicolaum, Bertramum, Henricum & Syfridum. An cognata fuerit hæc familia *Baronibus de VVida*, qui per terram Nariscorum Advocati nobiles ab Henrico Imper. A. C. 1364 constituti fuerunt, vid. *supra pag. 168.* vel etiam *Henrico de VVida*, III Magistro Provinciali in Prussia, qui consangvineum habuit *nobilem Virum Dominum de VVida*, prout eos nominat Petrus de DÜSBURG, *in Chron. Prussiæ part. 3. cap. 56. pag 158. Edit. Hartknochianæ, ad A. C. 1247*, aliis investigandum relinquo, hoc è Tabulis Colbergensium publicis verissimum est, eam inter Cives Colbergenses locum habuisse, atq; Senatoriam dignitatem gessisse, *Gotzvvinus* quippe de *Salice*, in Statutis rem Salinariam concernentibus Senator Colbergensis nuncupatur ad A. C. 1302. | 1331. |
| Witzemitzer. | | |
| Wosseken. | Hinricus Wosseke VVartislai IV. Armiger | 1337. |
| Wutken. | Conradus de VVutke, Armiger | 1455 |

Zagene. Hinricus de Zajenas, Barnimi Patris & Bogislai Filij Marescalcus 1276.

Zedine.

Zedline

Zickevitzen. Claus Zickevitze/ 1456.

Zinnen. Tide von der Zinnen/ hujus familiæ ultimus vitam finiit 1607.

In hoc Catalogo] sæpius occurrunt differentiæ Nobilium scil. Equitum Militum, Armigerorum, Vasallorum, Famulorum, Ritter/ Knechte/ Knapen/ antequam vero Pomeraniæ Principes in S. Rom. Imperij gremium recepti, distinctiones has in literis non vidi, sed Nobiles viri tantùm dicti sunt, v. g. A. C. 1175 in Diplomate, quo Casimirus, Episcopatum Julinô Camminum transtulit & confirmavit, testes hoc allegantur modo: Hujus rei testes sunt de Laicis, Barsa, Vir nobilis in Colberge, Zavist, Castellanus Unima, cæteriq; nobiles de Castro Caminensi, Priba Castellanus in Chotzecove, Drilka Bodiwi, Jewneu (sive Georg) Munk, Boris, Radoslaus, Zpol, cœteriq; nobiles viri Castri Diminensis. vid. sup. pag. 155. quod post assumtos Germanorum mores mutatum est, sic in Gryphenbergensium Privilegio ab A. C. 1262 Equites et nobiles, Ritter und Knapen distingvuntur, verbis: Item/ hebbe wy gegeven X Ritter und Knapen XXX Hoven/ also bescheiden/ dewyl Se in der Stat wahnen/ scholen Se Stats Recht bruken un geneiten Dn. Matth. MÖLLER *de Feud. Pomer cap. 3 th. 31. n. 9. pag. 71.* Aliàs legimus, Miles & famulus. Nos Jesko Miles, dictus SlauW & Jesko famulus, dictus de Rügenvvold, patrueles, etc. de dato Stolp. A. C. 1337. In conventione & contractu emtionis- venditionis, Mühlen Vertrag und Kauff-Brieff, wegen eines Theils zu Bethsin und Sandfeldes inter Arnoldum Abbatem Belbogens. & Senatum Treptoviensem ad Regam de A. C. 1337, Testes hoc modo allegantur: Honorabiles viri, Wulphardus de Benenhusen, in Circhevitze, Petrus, in Schultens hagen/ Everhardus in Cerben, Tydericus, in Zeddelin Ecclesiarum suarum Rectores & Presbyteri. *Strenui Milites,* Conradus Ploten, Reimarus de Wachholt, Hinricus Mandu-

duvel. *Validi Armigeri*, Heino & Henningus de Wachholt, Sabellus & VVulphekinus de Gummetovve, Fratres, Conradus Manduvel, Eccles. seu Monasterij Belbucensis *Vasalli*, Nicolaus de Parpart, Gantzekinus de Circkevitze, Gerard de Gutzelvitze, *Famuli*. Discreti viri, Hincco Hartmodus, Hermannus de Damitz, in Colberg, Nicolaus Pasevvalck, Manekinus in Gryphenberg, Iohannes Herdingh, Hinricus Arnesvvold, in VVollyn, Hinricus Gransovv, Hinricus Gruvvel, in Camyn, Civitatibus, Proconsules. Jacobus de Curia, Godekinus de Rega, Abbatis Advocati.

Ex his exemplis videmus differentiam, quæ antiquitus observabatur inter Nobiles. Nomine Militis tum temporis veniebat Nobilis. Qui reipsâ dignitatem Equitis aurati adeptus erat, der zum Ritter geschlagen war/ vocabatur eo nomine Ritter qs. Dritter/ vel Selbdritter/ magnos enim sumtus requirebat militia, cum milite enim totum etiam eqvum loricatum & cataphractum oportebat esse, & cum tribus eqvis, ac tot ministris in bello comparebant Nobiles, & hos ministros seu Famulos vocabant Scutiferos, Armigeros, einen Wapener/ Waffen-Trager oder Schild-Knecht. Vasalli erant Principum & Baronum clientes nobiles. Sic in R. ANGENSIS Francic. LL libr. 2. cap 42. legitur: Vassi quoque h. e. Principes, & Vasalli nostri nobis famulantes. Iuniores verò die Jungen Gesellen/ nominati sunt Knapen, à Græco γύπιος ὁ puer additorὸκ fit κνύπιος. Vid. Iosias NOLDEN *de Statu Nobil. civil. cap. 6. num 71 seqq. pag 113.* D Mich PRAUN/ von den Heerschilden des Teutschen Adels insgemein. *in fundam. & deduct. pag. 3. & 23.* Deinde soli Milites galeâ erant ornati, Vid. supra *Diploma XI pag. 215* ubi hæc verba: So schole wy em volghen myt al des danner Hülpe/ dat iß/ mit anderhalv hundert Rydderc un Knechte up use eghgene Koste un up usen eghenen Schaden/ de schölen als dus geschicket wesen/ vestich mit Helmen un hundert wapende Mann. CHRISTOPH. LEHMANN. Speyrsche *Chron. lib 7. Cap. 47 & 51* Et Nobiles non statim in ordinem Militum recipiebantur, sed postquam tyrocinia sua, ut Knappones & Armigeri, præstitissent, neqꝫ prius ad torneamenta admittebantur, antequam cingulum militare sum-

sumsissent. Pulchrè hoc colligitur ex *magno Chronico Belg. p. 244 apud* PISTOR. *de Rerum German. Scriptor. ex quo Dn. D.* Mich. PRAUN von den Heerschilden des Teutschen Adels ins gemein in *fundam. & deduct. lit. F. pag.* 5. notatu valde digna refert, quæ in gratiam venerandæ antiquitatis Germanicæ Studiosorum digna judicavi, ut hâc transscriberem: *VVilhelmus, Comes Hollandiæ, eligitur Imperator, anno Domini 1247 & ecce simul ac publicata fuit electio, tota militia solemniter exultabat; electus enim vicesimum agens annum adhuc fuit imberbis, robore decorus, cute candidus, crine nigerrimus, statura procerus, ac in dispositione corporis collaudandus. Sed quoniam idem Adolescens electionis suæ tempore fuit armiger, cum festinatione præparata sunt omnia quæcunq; fuerunt necessaria, vt secundum ritum Christicolarum Imperatorū miles fieret, antequam Aquisgrani diadema Regni susciperet; verum, quia pleriq; milites moderni temporis, patrimonijs intendentes, omissis sumptuosis solemnitatibus, saltem per infractum colaphum militarem consequuntur dignitatem, ideoq; multi regulam ejusdem ordinis ignorantes debitè militare nesciunt, visum nobis fuit, (verba sunt autoris, magni Chronici Belgici pag. 224 apud Pistor. inter rer. German. Veteres Scriptores sex) in præsenti Chronographia paulò fusius annotare, quem in modum hic VVilelmus secundum Christianorum institutionem miles effectus, & regulam militaris ordinis cum summa festivitate professus sit, vt ex eo discant moderni milites, cuiusmodi jugum in ordine suo susceperint, aut certè quale votum in professione regulæ suæ emiserint. Itaq; præparatis in Ecclesia Coloniensi omnibus, post Evangelium solemnis Missæ, prædictus VVilhelmus armiger coram Cardinale productus est, per Regem Bohemiæ, dicentem in hunc modum. Vestra Reverentiæ, Pater almiflue, præsentamus hunc electum armigerū, devotissimè supplicantes, vt vestra paternitas votivam ejus professionem suscipiat, quo militari nostro Collegio dignè adscribi queat. Dominus autem Cardinalis in pontificialibus assistens ornamentis, eidem armigero dixit; secundum etymologiam ejusdem nominis quod est, miles, oportet unumquemq; militare volentem esse magnanimum, ingenuum, largifluum, egregium & strenuum. Magnanimum quidem in adversitate, ingenuum in consangvinitate, largifluum in honestate, egregium in curialitate & strenuum in viriliprobitate. Sed antequam votum tuæ professionis facias, cum matu-*

matura deliberatione jugum regulæ prius audias. Ista itaq; regula est militaris ordinis, imprimis cum devota recordatione Dominicæ Passionis Missam quotidie audire, pro fide Catholica corpus audacter exponere, Sanctam Ecclesiam cum Ministris ejus à quibuscunq; grassatoribus liberare, viduas, pupillos & orphanos in eorum necessitate protegere, injusta bella vitare, iniqua stipendia renuere, pro liberatione cujuslibet innocentis duellum inire, tyrocinia non nisi causa militaris exercitii frequentare, Imperatori Romanorum seu ejus Patritio reverenter in temporalibus obedire, Rempublicam illibatam in vigore suo permittere, bona feudalia regni vel Imperij nequaquam alienare, ac irreprehensibiliter apud Deum & homines in hoc mundo vivere. Hæc statuta militaris regulæ si devotè custodieris, & pro virili diligenter adimpleveris, scias, temporalem te honorem in terris, & post hanc vitam, æternam in cælis mereri. Quibus expletis, Dominus Cardinalis conjunctas manus ejusdem tyronis clausit in Missali, supra lectum Evangelium, ita dicens; vis ergo militarem ordinem in nomine Domini devotè suscipere, & regulam tibi verbotenus explicatam, quantum potes perficere? Cui respondit armiger, volo: Et tum Dominus Cardinalis subsequentem professionem armigero dedit, quam idem armiger palam omnibus, in hunc modum legit: Ego VVilhelmus Comes Hollandiæ, militiæ Princeps, Sacriq; Imperij Vasallus liber, jurando profiteor regulæ militaris observantiam in præsentia Domini Petri ad velum aureum, Diaconi Cardinalis & Apostolicæ sedis Legati, per hoc Sacro Sanctum Evangelium, quod manu tango. Cui Cardinalis; hæc devota professio peccatorum tuorum sit vera remissio. Amen. Istis itaq; dictis, Rex Bohemiæ ictum impegit in collum tyronis, ita dicens: ad honorem Dei omnipotentis te militem ordino, ac in nostrum collegium gratanter accipio; Sed memento, quoniam Salvator mundi coram Anna Pontifice pro te colaphisatus, & illusus coram Pilato præside, & flagellis cæsus, ac spinis coronatus, coram Herode Rege, chlamyde vestitus & derisus, & coram omni populo nudus, & vulneratus in cruce suspensus est. Cujus opprobria meminisse te suadeo, cujus crucem acceptare te consulo, cujus etiam mortem ulcisci te moneo. Quibus ita solenniter adimpletis, novus tyro, post dictam Missam, cum stridentibus buccinis, prostrepentibus tympanis, & tinnientibus cymbalis, contra Filium Regis Bohemiæ tribus vicibus concurrit in hastiludio, & exinde cum gladiis enitentibus dimicationis tyro-

 cini-

*cinium fecit celebravitq; magnificis expensis triduanam curiam ac donis largifluis cunctis magnatibus suam manifestavit honorificentiam. &c.*

Hæc Vir ille eruditionis excellentissimæ, apud quem etiam plura observatu leges dignissima huc & ad rem militarem Germanorum veterem aliàs facientia.

Nobilium in utraq; Pomerania antiqvitate generis celeberrimorum magna est copia, qvorum alij litterarum, alij armorum gloriâ excellere student, & pleriq;, antequam Pomerania per Pacificationem Osnabrugensem inter Serenissimos Possessores modernos divideretur, se ad Regum aut Principum exterorum aulas, ad Academias atq; expeditiones bellicas contulerunt, & tum multi in vicinis Regnis & Provincijs in bello, in pace, in ocio & in negotio ad summa rerum gubernacula adhibebantur. Ingens campus sese aperiret, si singulas familias, quæ colonias suas aliò deduxerunt, enarrandas sumerem, ideoq; hîc ad extremum, tantùm eas, quæ mihi occurrunt, addam, ulteriorem deductionem commodiori servans tempori. Franciscus Billerbecke/de eo Nicol. LEUTHINGER *rer. Marchicar. part. 1 pag. 105.* hæc habet: A. C. 1599. 22. Feb. solutus est in mortem febri ardente Franciscus Billerbegus, Pomeranus, qui perlustratâ Thraciâ, Ægypto & Asia, adversus Turcas aliqvot annis militavit. Et virtutis ergò propterea à Cæsare egregiè remuneratus, cum illum cupiditas Patriam revisendi cepisset, fato prohibitus, Viennæ immaturâ planè morte obijt. Tenuit in Austria prædia quædam, ei à Cæsare in beneficium data. *Blanckenburgij*, Pomerani, in Marchiâ ad summos honorum apices superioribus seculis sæpe elati sunt, teste *Joh.* MICRÆL. *lib. 6. Pom. Cap. 48. pag. 466. voc.* Blanckenborge. E *Borckijs Joachimus* & Antonius Borckij, tempore Alberti March. Brandeb. ultimi Magistri A. C. 1511 electi, & posteà primi Ducis Prussiæ, qui obiit A. C. 1568, in Prussiam se contulerunt. Dn. Christian. HARTKNOCH. *de var. reb. Prussic. Differt. 3. n. 15. pag. 70.* horum posteri adhuc florent & summas dignitates gerunt. Adrianus & Fridericus Borckij, hic Consiliarius Palatinus intimus & supremus Præfectus, Ober Schultheiß zu Neumarck / iste Imperialis judicii Spiræ Assessor, in primordio hujus se-

culi celebres fuerunt, & colonias eò duxerunt. Simon de Brunschwig / Sigismundi Augusti, Polon. Regis Consiliarius erat A. C. 1575, cum eo quidam de hac familiâ, postquam Jus indigenatus impetraverant, in Borussiam delati sunt. Joachimus de Bulgrin / in Svecia Cancellarius, sedem ibi fixit. *Flemingios* è Pomerania in Britanniam commigrasse, indicio sunt Insignia, quæ Britanni cum nostris habent communia, & notum est ex historiarum monumentis, ex his terris Anglo-Saxones in Britanniam transfretasse, non contra. Flemingij Svecici sibi gratulantur, quod à Pomeranis originem trahant. Augustus von Hanau / è domo Schmeltzdorff & Lawigsbeck Pomeraniæ, Cæsareus & Electoralis Saxonicus Exercitus Dux, (General-Feld-Wachtmeister) & Colonellus, Supremus Thuringiæ Capitaneus, familiam Dresdæ habuit, & in Misniâ Gamig & Meyscha / prædia nobilia possedit, obijt A. C. 1661 Septuagenarius. Egidius von der Lancken / Jacobi, Consularis Colbergensis F. in Holsatiam familiam transplantavit, ubi Monasterii Borsholmiensis & Capituli Lubecensis Præfectus, Archiepiscopalis Bremensis & Ducalis Aulæ Gottdorpiæ supremus Administrator, Consiliarius intimus & Præfectus Femariæ Cismarinæ A. C. 1619 fuit. Hic peculiari quodam morbi genere mortuus est, & duos filios Hansium atq; Egidium in hac familia superstites reliquit: quorum uterq; liberalitate Illustrissimæ Principis Holsatiæ Christinæ in Monasterio Borsholmiensi ad studia tum temporis educati sunt, refert Jonas ab ELWERFELD / *de Holsatia, num. 44. in familia Lankena.* Bernhardus Mellin, de Batzevitze, Chiliarcha & Finnoniæ Gubernator A. C. 1677. feuda nobilia sibi in ea regione acquisivit diuersa. Matthias à Pudewels / cum Alberto, Marchione Brandeb. ultimo ordinis Magistro in Borussiam habitatum se contulit, Dn. HARTKNOCH. c. l. primus hujus familiæ [illegible] fundator. Matthæus Puttkamer, R. Maj. Daniæ Consilia[illegible]gatus, ex Elsa v[illegible] Maschal / Svenonis à Masch[illegible] Consil[illegible] & Annæ Ribb[illegible] genuit Hinricum, C[illegible]m[illegible]rum, Regi[illegible]nopoli Capi[illegible] [illegible] [illegible]dem propa[illegible], *Colberga mea*

 Te-

*Tegat* . *pag.* 16.17. Hinricus Ramel, peragratâ Europâ, Asia, Ægypto & terrâ Palæstina, Spiræ Imperialis Cameræ Assessorem egit primùm, Vid. D. Dan. CRAMER. P.K.H. *lib.* 4. *cap.* 42. deinde *J*ohannis Friderici, Duc. Pom. Cancellarius fuit & Prælatus Camminensis, deniq; in aula Regia Danorum Cancellarius Provinciarum German. Teutscher Cantzler vulgò vocant, primus hujus familiæ in Dania Propagator, è cujus descendentibus sive Filius sive Nepos, Hinricus Ramel, in Beckeschouff/ Regiæ & Eqvestris Academiæ Soranæ Præses, atq; Præfectus Regius in Vörlumb & Mariebow ante annos hos 40 celebris erat Liberi Barones à Schwerin/ è Pomeraniâ Regiâ, in Borussia, sub Serenissimo Friderico VVilhelmo Electore, qui hodiè rerum potitur, *J*us indigenatus adepti sunt. Dn. Chr. HARTKNOCH c.l. Otto L. B. de Schwerin/ officium Camerariatus hereditarij Electoratus Brandenburgici obtinuit eodem tempore. Wedige Walsleben/ è Pomeraniâ in Megapolim concessit A. C. *1244*. ubi familiam propagavit. Nicolaus de Zastrow/ Augusti, ArchiEpisc. Magdeburg. Administratoris, Ducis Saxon. Aulæ-Marescalcus erat Hallis Saxonum A. C. *1652*. cum ibidem literis operam darem, tenebat etiam arcem & prædium Hohen-Thurn in beneficium, an sobolem masculam reliquerit, certò affirmare non ausim.

Pag. 60. num. 21. lin. ult. *Vrbes Pomeranorum Veterum.* Quàm hæc nostra Patria antiquitus sub ipsis etiam Henetis floruerit, superba in illa emporia, olim celeberrima, nunc penitus eversa testantur, Iohannes LUBBECHIUS, Consul Treptovij ad Regam, Doctoris illius Iohannis Bugenhagij, à patriâ Pomerani dicti, è Sorore Nepos, vir doctissimus, ante hos centum & viginti circiter annos, *J*ulini, VVinetæ & Arconæ vestigia tum restantia ex oculari inspectione deprehendit & descripta D. Dav. CHYTRAEO tradidit, quam delineationem è *Proœmio Metro. pol. pag.* 30, hic ob concinnitatem, & cum liber in paucorum sit manibus, addam, sic autem ille: *Nonis Octobris comitatus aliquot antiquitatis studiosis, viris venerabilibus Loci istius Pastoribus & Senatoribus, vetusta Iulini, anno Christi 1170 auspicijs Danorum Regis VValdemari, ductu Absolonis Episcopi Roschildensis excisi, restantia vestigia, oculari de loco ad locum*

*cum-*

*commonstratione perlustravimus, & quantum illa, mediocris quidem civitatis VVollin, ab antiqua illa celebratissima urbe Castro magno Julino, mutata sit, ex rei præsentis inspectione deprehendimus. Sita est & fuit, nunc ut tunc, in Insula* dem Wollinischen Werder/ *quæ per pontem prælongum ex continenti Ducatus Pomeraniæ super fluvium Divenovv, ibi* der Strom *appellatum aditum præbet. Estq; Insula in longitudine quatuor milliarium. Ab ortu Divenovv, ab occasu Svveno fluviis, à meridie Lacu recenti,* dem frischen Hafe/ *Palude novem circiter Milliarium, & ad Septentrionem maris Balthici,* die Ost-See/ *Daniam versus spectantis, ambitu circumcincta. Insula frugum & pecorum admodum ferax. Terra fertilis, aqua & fluvii piscosi valde. Adeò quod sæpe vidimus uno tractu, projectis retibus numero Ducentorum vel Trecentorum florenorum valore, pisces varii generis comprehendi, capi & distrahi, tempore hyemali glacie Lacu recenti constricto. In hujus inqvam Insulæ frontispicio, ex antiqvis adhuc extantibus aliqvomodo ruinarum monumentis, veteris Julini, apparet & datur videre, quod florens Julinum habuerit in circumferentiâ suâ ultra integrum milliare Germanicum commune.*

*Templum etenim Sancti Michaelis hoc tempore extra oppidum VVollin in editiore paulum colle, Bethanim sepulchris defunctorum cum suo Cæmiterio destinatum, tunc in medio Vrbis fuisse, perhibetur antiqui Julini. Quod etiam ita deprehenditur.*

*Tria namq; castella & Fortalicia ad propugnandum hostiles insultus in editioribus urbis partibus disposita diversis quasi montibus tribus longiusculo intervallo, locata fuisse, excidii lateres adhuc ostendunt, quorum nomina etiamdum remanent, primus Kakernel, secundus Modorovv, tertius* der Schloß-Berg/ *quartus versus septentrionem,* der Silber Berg/ *mons cæteris proeminentior, in quo constructa fuisse perhibetur Arx vel propugnaculum multarum habitationum, ubi sæpe adhuc inter excisa fundamentalia saxa & lateres, argentea numismata reperiuntur, item prægrandium hominum instar Gygantum grandia ossa & costa aliquando conspiciuntur. Fuit etiam ibi alius vel quartus mons ad australem urbis partem inclinans, mons Calvariæ,* der Galgen-Berg *in quo sontes ultimo supplicio affici solebant. non longius ab urbis dissitus portis, quam quis manuali jactu pertingere posset. Hodie hic locus vel mons tam longè à portis novi VVollin distat,*

*Circipani, Judæi, Gentiles, Pagani, Rutheni, græcâ fide utentes & similes aliæ gentes complures, permiscuè ibi inveniebantur. Quibus omnibus & singulis, ibidem negociandi æqua erat potestas, & salvus dabatur conductus: solis Christianis, sub interdicto pœna mortis exclusis. Et singulæ gentes suas distinctas plateas inhabitaverunt quibus & nomina à se indidêre. Sclavi, Vandali, VVinithi, Svenones, Rutheni, primarii inter eas perhibentur, pleriq; omnes Poligami homines, alioqui honestis moribus, servientes quisq; Idolis suis. Coluerunt tamen publicè ex professo Idolum Triglaff Deum tricipitem, quòd primo capite Cælum, secundo terram, tertio aquas, istius Dei gubernaculis, regi, defendi & conservari dicerent: Arbitror autem eos aliquid ex patriotis suis Rugianis & Vandalis, qui, in Italia & Africa bella gesserant, de Trinitate & veritate veri Dei, audivisse & hinc hunc Triglaff extruisse, cui & alios congubernatores Vicarios adjunxerunt Harvitem & Barovit, Præsides mercaturæ, quasi Martem & Mercurium. Item* Bialbugk & Zernebugk/ *album & nigrum Deum.*

*Hæc confusio dissoluta. postmodum ex Idololatria, in tetras libidines & multiplicem Tyrannidem exorbitans peperit excidium florentissimæ urbi Julino, ut primo fulmine cælesti, aliquoties miserè afflicta, Ruthenos commoverit inde in patriam emigrare, & cum suis consortibus alias sedes in Russia quærere, ubi & Ducatum adhuc hodie* Wollinensem *dictum fundaverunt, consequuta sunt aliæ Seditiones & negociatorum dissipationes, quod tandem à VVoldemaro Rege Daniæ expugnata & solo æquata, ad eas, quas nunc obtinet, angustias est redacta, impietatis, Tyrannidis & luxus, justo Dei Judicio pœnas luens meritas.*


*Similis casus, longo tempore ante hoc Iulini excidium, propter eadem delicta VVinetam aliam longè opulentiorem, in vicinia septem circiter milliaria à Iulino distantem funditus evertisse & inundatione marina oppressisse, fama per manus posteris tradita, & quædam vetusta scripta in Monasteriis reperta, testantur. Neq; vero Iulinum & VVinetha una eademq; civitas, duplicis nominis, ut Scriptores quidam Monachi paralogisant, sed duæ magnæ urbes diverso loco positæ fuerunt. Illa quidem in Insula,* Dem Wollinschen Werder/ *hac in alia Insula, quam Svenus & Panus fluvij,* Die Schwine und Peene/ *sinus lacus recentis, & mare Balthicum con-*

*fi-*

*ficiunt,* das Land zu Usedom, *sita fuisse etiam hodierna demonstrat inspectio. Atq; hac etiam dilucidius inqvirerem progrediens VVollinio, octavo die octobris, Svenum fluvium latum hodiè magis quam vel Rhenus vel Danubius est, qvatuor à Iulino miliaribus in illam aliam Insulam scaphâ piscatoriâ trajsciens perveni, ibi assumto mihi Comite qvodam, sene decrepito, viro bono piscatore & istorum locorum in terra & mari perito,* Hanns Beterlohn, *cujus ante annos quinquaginta noticiam habui. Hic Senex, nonagenario major, multa mihi de VVineta & Iulino, qua ex vetustis cantilenis & relatione parentum, avorum & aliorum in pueritia audita, in memoria habuit, verisimilia narravit. Et mecum conscendens currum tria circiter milliaria inde deduxisset in litore maris Balthici usq; eo ubi è regione scopuli & saxa ingentia, vestigia submersa VVineta cerni potuerunt. Loco est nomen Damerovv, pagus ex tuguriolis piscatorijs constans duobus milliaribus à VVolgasto, sede Principum, ultra Panum fl. ad Littus positus. Et quia ea die serenum erat cœlum & placidum stabat mare ventusq; secundus erat, conduxi piscatorem qvendam, qvi me scaphâ suâ piscatoriâ super locum ipsum, ubi VVineta steterat, spatio temporis plus minus dimidia hora vexit, & ab uno loco ad alium circumvexit, adjunctus autem Senex commonstravit & exposuit, quid sibi cognitum erat, ea pleraq; omnia comprobavit conductus Navita, dicens, se non ita longo tempore antea juniorem Ducem Brunsvicensem itidē ad conspicienda vestigia restantia à VVineta eadem vexisse cymba, atq; tunc similia audivisse à ijs, qui Duci adjuncti fuerunt deductores, Concionatore aulico & aliis. Urbem eam nulla hostili vi expugnatam & eversam sed inundationibus marinis & tempestatibus marinis submersam esse. Posteà Sveones ex Gothlandiâ navigiis eo venisse & quicquid ex operosissimis structuris marmoreis, eneis, stanneis, auro & argento ex aqvis salvari poterat, eruisse, & in Gothlandiam transportasse. Intereà, ereas maximi ponderis Urbis inventas portas & in Wisbu translatas antiqva cantilena sonat, inde fama increbuit Haldungum Regem Svecia evertisse & emporium in VVisbu translatum esse. Certum autem est, deletâ qvodammodo VVinetâ, viribus & opibus VVisbu in Gothlandia adauctiorem excrevisse, ut postmodum magnitudine laborans suâ etiam corruere necessum habuit. Fuit VVineta in longitudinem ab ori-*

*ente*

*ente in occidentem ædificata, quod ex reliquiis videre licet. Ex quibus & altitudo deprehenditur, strata platea parvis silicibus, distincta & longiore tractu extant, qvæ vadari possunt, sicut ego ipse vidi & ex ipsis stratis aliqvot mihi silices ex fixis locis extrahi manibus nautæ excepi. Saxa verò majora quæ fundamenta fuerunt magnorum ædificiorum & capita angularia platearum, in hanc ferè formam disposita esse.*



*Et qvidem hoc latitudinis spatium, qvod hodiè adhuc extat videre, latius mihi visum est; quam vel Stralsundium vel totum Rost. chiū esse putatur, unde magnitudo Urbis, quæ qvalis, quanta fuerit, facile æstimari potest. Floruit autē qvando adhuc Gensericus Vandalus et post Odoacer Rugianus in Africam et Italiā exercitus duxerunt, inhabitata à Winitis, Sassonibus, Gotis, Vandalis. Slavis &c. ejusdem cum Julinensibus religionis & devotionis. Qvo verè anno Christi & tempore perierit, certum non possum ex historica statuere veritate, qvidam, licet annum Christi 830 tempore Ludovici Imp. accidisse putant. Nam tempestas & inundatio maxima, qva Rugia in multas partes scissa, & continua olim Ruden à Rugia disrupta & Griphiswaldensium Oe, è regione Winethæ jacens tam prope ut clarè videatur, discreta fuerunt longo post tempore extitit. Et hac qvidem de Vineta, qvæ expiscari potui.*

*De Arcona metropoli Rugiæ olim, nunc Orckunde dicto qvædam adjiciam, ut me promissi memorem cernas. Sita ea fuit in Rug. Insula Wittovia, spectans Mo-*

sumsissent. Pulchrè hoc colligitur ex *magno Chronico Belg. p. 244 apud* PISTOR. *de Rerum German. Scriptor. ex quo Dn. D.* Mich. PRAUN von den Heerschilden des Teutschen Adels ins gemein in *fundam. & deduct. lit. F. pag.* 5. notatu valde digna refert, quæ in gratiam venerandæ antiquitatis Germanicæ Studiosorum digna judicavi, ut hâc transscriberem: *VVilhelmus, Comes Hollandiæ, eligitur Imperator, anno Domini 1247 & ecce simul ac publicata fuit electio, tota militia solemniter exultabat; electus enim vicesimum agens annum adhuc fuit imberbis, robore decorus, cute candidus, crine nigerrimus, statura procerus, ac in dispositione corporis collandandus. Sed quoniam idem Adolescens electionis suæ tempore fuit armiger, cum festinatione præparata sunt omnia quæcunq; fuerunt necessaria, ut secundum ritum Christicolarum Imperatorũ miles fieret, antequam Aquisgrani diadema Regni susciperet; verum, quia pleriq; milites moderni temporis, patrimonijs intendentes, omissis sumptuosis solemnitatibus, saltem per infractum colaphum militarem consequuntur dignitatem, ideoq; multi regulam ejusdem ordinis ignorantes debitè militare nesciunt, visum nobis fuit, (verba sunt autoris, magni Chronici Belgici pag. 224 apud Pistor. inter rer. German. Veteres Scriptores sex) in præsenti Chronographia paulò fusius annotare, quem in modum hic VVilelmus secundum Christianorum institutionem miles effectus, & regulam militaris ordinis cum summa festivitate professus sit, ut ex eo discant moderni milites, cuiusmodi jugum in ordine suo susceperint, aut certè quale votum in professione regulæ suæ emiserint. Itaq; præparatis in Ecclesia Coloniensi omnibus, post Evangelium solemnis Missæ, prædictus VVilhelmus armiger coram Cardinale productus est, per Regem Bohemiæ, dicentem in hunc modum. Vestra Reverentia, Pater almifiue, præsentamus hunc electum armigerũ, devotissimè supplicantes, ut vestra paternitas votivam ejus professionem suscipiat, quo militari nostro Collegio dignè adscribi queat. Dominus autem Cardinalis in pontificialibus assistens ornamentis, eidem armigero dixit; secundum etymologiam ejusdem nominis quod est, miles, oportet unumquemq; militare volentem esse magnanimum, ingenuum, largifluum, egregium & strenuum. Magnanimum quidem in adversitate, ingenuum in consanguinitate, largifluum in honestate, egregium in curialitate & strenuum in virili probitate. Sed antequam votum tuæ professionis facias, cum matu-*

matura deliberatione jugum regulæ prius audias. Ista itaq; regula est militaris ordinis, imprimis cum devota recordatione Dominicæ Passionis Missam quotidie audire, pro fide Catholica corpus audacter exponere, Sanctam Ecclesiam cum Ministris ejus à quibuscunq; grassatoribus liberare, viduas, pupillos & orphanos in eorum necessitate protegere, injusta bella vitare, iniqua stipendia renuere, pro liberatione cujuslibet innocentis duellum inire, tyrocinia non nisi causa militaris exercitii frequentare, Imperatori Romanorum seu ejus Patritio reverenter in temporalibus obedire, Rempublicam illibatam in vigore suo permittere, bona feudalia regni vel Imperij nequaquam alienare, ac irreprehensibiliter apud Deum & homines in hoc mundo vivere. Hæc statuta militaris regulæ si devotè custodieris, & pro virili diligenter adimpleveris, scias, temporalem te honorem in terris, & post hanc vitam, æternam in cælis mereri. Quibus expletis, Dominus Cardinalis conjunctas manus ejusdem tyronis clausit in Missali, supra lectum Evangelium, ita dicens; vis ergo militarem ordinem in nomine Domini devotè suscipere, & regulam tibi verbotenus explicatam, quantum potes perficere? Cui respondit armiger, volo: Et tum Dominus Cardinalis subsequentem professionem armigero dedit, quam idem armiger palam omnibus, in hunc modum legit: Ego VVilhelmus Comes Hollandiæ, militiæ Princeps, Sacriq; Imperii Vasallus liber, jurando profiteor regulæ militaris observantiam in præsentia Domini Petri ad velum aureum, Diaconi Cardinalis & Apostolicæ sedis Legati, per hoc Sacro Sanctum Evangelium, quod manu tango. Cui Cardinalis; hæc devota professio peccatorum tuorum sit vera remissio. Amen. Istis itaq; dictis, Rex Bohemiæ ictum impegit in collum tyronis, ita dicens: ad honorem Dei omnipotentis te militem ordino, ac in nostrum collegium gratanter accipio; Sed memento, quoniam Salvator mundi coram Anna Pontifice pro te colaphisatus, & illusus coram Pilato præside, & flagellis cæsus, ac spinis coronatus, coram Herode Rege, chlamyde vestitus & derisus, & coram omni populo nudus, & vulneratus in cruce suspensus est. Cujus opprobria meminisse te suadeo, cujus crucem acceptare te consulo, cujus etiam mortem ulcisci te moneo. Quibus ita solenniter adimpletis, novus tyro, post dictam Missam, cum stridentibus buccinis, perstrepentibus tympanis, & tinnientibus cymbalis, contra Filium Regis Bohemiæ tribus vicibus concurrit in hastiludio, & exinde cum gladiis enitentibus dimicationis tyro-

*cinium fecit celebravitq; magnificis expensis triduanam curiam ac donis largifluis cunctis magnatibus suam manifestavit honorificentiam. &c.*

Hæc Vir ille eruditionis excellentissimæ, apud quem etiam plura observatu leges dignissima huc & ad rem militarem Germanorum veterem aliàs facientia.

Nobilium in utraq; Pomerania antiqvitate generis celeberrimorum magna est copia, qvorum alij litterarum, alij armorum gloriâ excellere student, & pleriq;, antequam Pomerania per Pacificationem Osnabrugensem inter Serenissimos Possessores modernos divideretur, se ad Regum aut Principum exterorum aulas, ad Academias atq; expeditiones bellicas contulerunt, & tum multi in vicinis Regnis & Provincijs in bello, in pace, in ocio & in negotio ad summa rerum gubernacula adhibebantur. Ingens campus sese aperiret, si singulas familias, quæ colonias suas aliò deduxerunt, enarrandas sumerem, ideoq; hic ad extremum, tantùm eas, quæ mihi occurrunt, addam, ulteriorem deductionem commodiori servans tempori. Franciscus Billerbecke/de eo Nicol. LEUTHINGER *rer. Marchicar. part. 1 pag. 105.* hæc habet: A. C. 1599. 22. Feb. solutus est in mortem febri ardente Franciscus Billerbegus, Pomeranus, qui perlustratâ Thraciâ, Ægypto & Asia, adversus Turcas aliqvot annis militavit. Et virtutis ergò propterea à Cæsare egregiè remuneratus, cum illum cupiditas Patriam revisendi cepisset, fato prohibitus, Viennæ immaturâ planè morte obijt. Tenuit in Austria prædia quædam, ei à Cæsare in beneficium data. *Blanckenburgij*, Pomerani, in Marchiâ ad summos honorum apices superioribus seculis sæpe elati sunt, teste *Joh.* MICRÆL. *lib. 6. Pom. Cap. 41. pag. 466. voc.* Blanckenborge. E *Borckijs Joachimus* & Antonius Borckij, tempore Alberti March. Brandeb. ultimi Magistri A. C. 1511 electi, & posteà primi Ducis Prussiæ, qui obiit A. C. 1568, in Prussiam se contulerunt. Dn. Christian. HARTKNOCH. *de var. reb. Prussic. Dissert. 3. n. 15. pag. 70.* horum posteri adhuc florent & summas dignitates gerunt. Adrianus & Fridericus Borckij, hic Consiliarius Palatinus intimus & supremus Præfectus, Ober Schultheiß zu Neumarck / iste Imperialis judicii Spiræ Assessor, in primordio hujus se-

cu-

culi celebres fuerunt, & colonias eò duxerunt. Simon de Brunſchwieg/ Sigismundi Augusti, Polon. Regis Consiliarius erat A. C. *1575*, cum eo quidam de hac familiâ, postquam *Jus* indigenatus impetraverant, in Borussiam delati sunt. *Joach*imus de Bulgrin/ in Svecia Cancellarius, sedem ibi fixit. *Flemingios* è Pomerania in Britanniam commigrasse, indicio sunt Insignia, quæ Britanni cum nostris habent communia, & notum est ex historiarum monumentis, ex his terris Anglo-Saxones in Britanniam transfretasse, non contra. Flemingij Svecici sibi gratulantur, quod à Pomeranis originem trahant. Augustus von Hanau/ è domo Schmelsdorff & Lawigsbeck Pomeraniæ, Cæsareus & Electoralis Saxonicus Exercitus Dux, (General-Feld-Wachtmeister) & Colonellus, Supremus Thuringiæ Capitaneus, familiam Dresdæ habuit, & in Misniâ Gamig & Meyscha/ prædia nobilia possedit, obijt A. C. *1661* Septuagenarius. Egidius von der Lancken / *J*acobi, Consularis Colbergensis F. in Holsatiam familiam transplantavit, ubi Monasterii Borsholmiensis & Capituli Lubecensis Præfectus, Archiepiscopalis Bremensis & Ducalis Aulæ Gottdorpiæ supremus Administrator, Consiliarius intimus & Præfectus Femariæ Cismarinæ A. C. *1619* fuit. Hic peculiari quodam morbi genere mortuus est, & duos filios Hansium atq; Egidium in hac familia superstites reliquit: quorum uterq; liberalitate Illustrissimæ Principis Holsatiæ Christinæ in Monasterio Borsholmiensi ad studia tum temporis educati sunt, refert *Jonas* ab ELVERFELD/ *de Holsatia, num. 44. in familia Lankena.* Bernhardus Mellin, de Batzevitze, Chiliarcha & Finnoniæ Gubernator A. C. *1677.* feuda nobilia sibi in ea regione acquisivit diuersa. Matthias à Pudewels/ cum Alberto, Marchione Brandeb. ultimo ordinis Magistro in Borussiam habitatum se contulit, Dn. HARTKNOCH. c. l. primus hujus familiæ ibidem fundator. Matthæus Puttkamer, R. Maj. Daniæ Consiliarius & Legatus, ex Elsa von Maschal/ Svenonis à Maschal/ Consiliarij Regij & Annæ Ribbings Filia genuit Hinricum, Centurionem & Alexandrum, Regium Christianopoli Capitaneum, per quos hæc familia ibidem propagata est. *Vid. Colberga mea*

*Togat* . *pag.* 16.17. Hinricus Ramel, peragratâ Europâ, Asia, Ægypto & terrâ Palæstina, Spiræ Imperialis Cameræ Assessorem egit primùm, Vid. D. Dan. CRAMER. P.K.H. *lib.* 4. *cap.* 42. deinde Johannis Friderici, Duc. Pom. Cancellarius fuit & Prælatus Camminensis, deniq; in aula Regia Danorum Cancellarius Provinciarum German. Teutscher Cantzler vulgò vocant, primus hujus familiæ in Dania Propagator, è cujus descendentibus sive Filius sive Nepos, Hinricus Ramel, in Beckeschouff/ Regiæ & Eqvestris Academiæ Soranæ Præses, atq; Præfectus Regius in Vörlumb & Mariebow ante annos hos 40 celebris erat Liberi Barones à Schwerin/ è Pomeraniâ Regiâ, in Borussia, sub Serenissimo Friderico VVilhelmo Electore, qui hodiè rerum potitur, Jus indigenatus adepti sunt. Dn. Chr. HARTKNOCH c.l. Otto L.B. de Schwerin/ officium Camerariatus hereditarij Electoratus Brandenburgici obtinuit eodem tempore. Wedige Walsleben/ è Pomeraniâ in Megapolim concessit A. C. 1244. ubi familiam propagavit. Nicolaus de Zastrow/ Augusti, ArchiEpisc. Magdeburg. Administratoris, Ducis Saxon. Aulæ-Marescalcus erat Hallis Saxonum A. C. 1652. cum ibidem literis operam darem, tenebat etiam arcem & prædium Hohen-Thurn in beneficium, an sobolem masculam reliquerit, certò affirmare non ausim.

Pag. 60. num. 21. lin. ult. *Vrbes Pomeranorum Veterum.* Quàm hæc nostra Patria antiquitus sub ipsis etiam Henetis floruerit, superba in illa emporia, olim celeberrima, nunc penitus eversa testantur, Iohannes LUBBECHIUS, Consul Treptovij ad Regam, Doctoris illius Iohannis Bugenhagij, à patriâ Pomerani dicti, è Sorore Nepos, vir doctissimus, ante hos centum & viginti circiter annos, Julini, VVinetæ & Arconæ vestigia tum restantia ex oculari inspectione deprehendit & descripra D. Dav. CHYTRAEO tradidit, quam delineationem è *Proœmio Metropol. pag.* 30, hic ob concinnitatem, & cum liber in paucorum sit manibus, addam, sic autem ille: *Nonis Octobris comitatus aliquot antiquitatis studiosis, viris venerabilibus Loci istius Pastoribus & Senatoribus, vetusta Iulini, anno Christi 1170 auspicijs Danorum Regis VValdemari, ductu Absolonis Episcopi Roschildensis excisi, restantia vestigia, oculari de loco ad locum*

*com-*

commonstratione perlustravimus, & quantum illa, mediocris quidem civitatis VVollin, ab antiqua illa celebratissima urbe Castro magno Julino, mutata sit, ex rei præsentis inspectione deprehendimus. Sita est & fuit, nunc ut tunc, in Insula dem Wollinischen Werder/ quæ per pontem prælongum ex continenti Ducatus Pomeraniæ super fluvium Divenovv, ibi der Strom appellatum aditum præbet. Estq; Insula in longitudine quatuor milliarium. Ab ortu Divenovv, ab occasu Svveno fluviis, à meridie Lacu recenti, dem frischen Hafe/ Palude novem circiter Milliarium, & ad Septentrionem maris Balthici, die Ost-See/ Daniam versus spectantis, ambitu circumcincta. Insula frugum & pecorum admodum ferax. Terra fertilis, aqua & fluvii piscosi valde. Adeò quod sæpe vidimus uno tractu, projectis retibus numero Ducentorum vel Trecentorum florenorum valore, pisces varij generis comprehendi, capi & distrahi, tempore hyemali glacie Lacu recenti constricto. In hujus inquam Insula frontispicio, ex antiquis adhuc extantibus aliquomodo ruinarum monumentis, veteris Julini, apparet & datur videre, quod florens Julinum habuerit in circumferentiâ suâ ultra integrum milliare Germanicum commune.

Templum etenim Sancti Michaelis hoc tempore extra oppidum VVollin in editiore paulum colle, Bethanim sepulchris defunctorum cum suo Cœmiterio destinatum, tunc in medio Urbis fuisse, perhibetur antiqui Julini. Quod etiam ita deprehenditur.

Tria namq; castella & Fortalicia ad propugnandum hostiles insultus in editioribus urbis partibus disposita diversis quasi montibus tribus longiusculo intervallo, locata fuisse, excidii lateres adhuc ostendunt, quorum nomina etiamdum remanent, primus Kakernel, secundus Modorovv, tertius der Schloß-Berg/ quartus versus septentrionem, der Silber Berg/ mons cæteris proeminentior, in quo constructa fuisse perhibetur Arx vel propugnaculum multarum habitationum, ubi sæpe adhuc inter excisa fundamentalia saxa & lateres, argentea numismata reperiuntur, item prægrandium hominum instar Gygantum grandia ossa & costa aliquando conspiciuntur. Fuit etiam ibi alius vel quartus mons ad australem urbis partem inclinans, mons Calvariæ, der Galgen-Berg in quo sontes ultimo supplicio affici solebant. non longius ab urbis dissitus portis, quam quis manuali jactu pertingere posset. Hodie hic locus vel mons tam longè à portis novi VVollin distat,


*Cireipani, Judai, Gentiles, Pagani, Rutheni, gracâ fide utentes & similes aliæ gentes complures, permiscuè ibi inveniebantur. Quibus omnibus & singulis, ibidem negociandi aqua erat potestas, & salvus dabatur conductus: solis Christianis, sub interdicto pœna mortis exclusis. Et singula gentes suas distinctas plateas inhabitaverunt quibus & nomina à se indidère. Sclavi, Vandali, VVinithi, Svenones, Rutheni, primarii inter eas perhibentur, pleriq; omnes Poligami homines, alioqui honestis moribus, servientes quisq; Idolis suis. Coluerunt tamen publicè ex professo Idolum Triglaff Deum tricipitem, quòd primo capite Cælum, secundo terram, tertio aquas, istius Dei gubernaculis, regi, defendi & conservari dicerent: Arbitror autem eos aliquid ex patriotis suis Rugianis & Vandalis, qui, in Italia & Africa bella gesserant, de Trinitate & veritate veri Dei, audivisse & hinc hunc Triglaff extruisse, cui & alios congubernatores Vicarios adjunxerunt Harvitem & Barovit, Præsides mercaturæ, quasi Martem & Mercurium. Item* Bialbugk & Zernebugk/ *album & nigrum Deum.*

*Hac confusio dissoluta. postmodum ex Idololatria, in tetras libidines & multiplicem Tyrannidem exorbitans peperit excidium florentissimæ urbi Julino, ut primo fulmine cælesti, aliquoties miserè afflicta, Ruthenos commoverit inde in patriam emigrare, & cum suis consortibus alias sedes in Russia quærere, ubi & Ducatum adhuc hodie* Wollinensem *dictum fundaverunt, consequuta sunt alia Seditiones & negociatorum dissipationes, quod tandem à VVoldemaro Rege Daniæ expugnata & solo æquata, ad eas, quas nunc obtinet, angustias est redacta, impietatis, Tyrannidis & luxus, justo Dei Iudicio pœnas luens meritas.*

*Similis casus, longo tempore ante hoc Iulini excidium, propter eadem delicta VVinetam aliam longè opulentiorem, in vicinia septem circiter milliaria à Iulino distantem funditus evertisse & inundatione marina oppressisse, fama per manus posteris tradita, & quadam vetusta scripta in Monasteriis reperta, testantur. Neq; vero Iulinum & VVinetha una eademq; civitas, duplicis nominis, ut Scriptores quidam Monachi paralogisant, sed duæ magnæ urbes diverso loco positæ fuerunt. Illa quidem in* Insula, Dem Wollinschen Werder/ *hac in alia Insula, quam Svenus & Panus fluvii,* die Schwine und Peene/ *finus lacus recentis, & mare Balthicum con-*

*fi-*

*ente in occidentem ædificata, quod ex reliquiis videre licet. Ex quibus & altitudo deprehenditur, strata plateæ parvis silicibus, distincta & longiore tractu extant, quæ vadari possunt, sicut ego ipse vidi & ex ipsis stratis aliqvot mihi silices ex fixis locis extrahi manibus nautæ excepi. Saxa verò majora quæ fundamenta fuerunt magnorum ædificiorum & capita angularia platearum, in hanc ferè formam disposita esse.*



*Et qvidem hoc latitudinis spatium, qvod hodiè adhuc extat videre, latius mihi visum est; quam vel Stralsundium vel totum Rostochiū esse putatur, unde magnitudo Urbis, quæ qvalis, quanta fuerit, facile æstimari potest. Floruit autē qvando adhuc Gensericus Vandalus et post Odoacer Rugianus in Africam et Italiā exercitus duxerunt, inhabitata à Winitis, Sassonibus, Gotis, Vandalis, Slavis &c. ejusdem cum Julinensibus religionis & devotionis. Quo verò anno Christi & tempore perierit, certum non possum ex historica statuere veritate, qvidam, licet annum Christi 830 tempore Ludovici Imp. accidisse putant. Nam tempestas & inundatio maxima, qva Rugia in multas partes scissa, & continua olim Ruden à Rugia disrupta & Griphuvvaldensium Oe, è regione VVinethæ jacens tam prope ut clarè videatur, discreta fuerunt longo post tempore extitit. Et hæc qvidem de VVineta, qvæ expiscari potui.*

*De Arcona metropoli Rugiæ olim, nunc Orckunde dicto quædam adjiciam, ut me promissi memorem cernas. Sita ea fuit in Rug. Insula Vittovia, spectans Mo-*

*Dania de cujus eversione & quid circa eam accidit, scripserunt Saxo Dan. & Cranzius Gambrivius in historiis Vandalicis & Danicis. Illa autem quæ ego 17 die Octobris de ruinis excisæ Arconæ, videre potui, tenuia admodum sunt, locus ubi stetit Promontorium incumbens littori Balthico, quod usq; adeo excelsum est, ut quis exhorrescat in margine stare & despicere, accolæ Rustici dimensionibus nauticis compertum esse ferunt, octo magnis cubitis altius esse, quam altissima turris in Stralsundio, quod credo. Aditus patet perangustus curru vix pervius, fauces ubi in editiori loco vestigia Arcis* Jaromarsborg *videntur. Cetera alia omnia ita funditus & radicitus eversa ut agri sint inde facti, & colantur inter arenam, lateres & silices.* Gerardus MERCATOR *in Atlante, Tit: Rugia, pag.* 271 de Arcona & Carento sequentia refert: Arcona fuit Rugiæ munitissima quasi Acropolis sita in peninsulæ Wittoviæ altissimo versus Boream promontorio, natura loci munita admodum, à Septemtrione & ortu cingebatur mari, ab alterâ parte, qua Insulam respicit editissimi montis densissimo vallo circumdata, cujus vestigia etiamnum extant longè maximè conspicua. Vallum tantæ fuit altitudinis, ut etiam sagitta à validissimo arcu emissa ejus cacumen minimè pertingere potuerit. Hæc urbs obsidione cincta fuit ipso die Ascensionis Christi & tandem expugnata fuit die Sancti Viti, idq; uti videtur, non sine Dei providentia, ut ostenderetur quomodo Deus ipso sancti Viti die atrocissimas illas Idololatrias ultus fuerit, quæ occasione Sancti Viti natæ videbantur. Cives Arconæ qui initio urbis & arcis suæ munimento freti, fortiter hostibus resistebant, tandem die S. Viti fracti iniquissimas pacis conditiones acceptare coacti sunt; jussi nempe Religionem Christianam suscipere, Swantoviti Idoli ac templi reditus victoribus concedere ad sustentandos presbyteros Christianos: Swanto Idolum cum templo comburere, Christianos captivos sine lytro dimittere, Regi Daniæ quotannis tributa solvere. Hac urbe munitiore captâ etiam urbs Charentina sub iisdem conditionibus sese dedidit. Inter tres tum temporis Principes Rugiæ, Tetzlaum, Stouslaum & Jaromarum, primus Stouslaus Geromaro fratri suo principatu cessit, cui jam Rugiæ Principi Christiano Woldemarus Daniæ Rex fratris sui Canuti filiam uxorem dedit. Et hactenus Arcona & Charentina quamvis bellis valde attri-

attritæ essent, nondum tamen planè erant deletæ. Illas autem paullo post vicini Principes Pomeraniæ à fundamentis delerunt, eo quod Rex Daniæ auxilia sibi in subigenda Rugia à Pomeranis præstita, uti pollicitus fuerat, non compensasset. Certè, quod de copiosissimis Græciæ urbibus cecinit Poëta

Oedipodioniæ quid sunt nisi nomina Thebæ?
Quid Pandioniæ restant, nisi nomen, Athenæ?

de nostris quoq; dicere licet verbis, eandem sententiam habentibus:

Inclita Julinum, Carentum, Arcona, Vineta,
Florentes quondam, quid sunt nisi nomen inane?

Plura qui desiderat, adeat SAXONem GRAMMATICUM, *Histor. Dan. lib. 14.* qui hæc copiosè descripsit, add. Hermannus BONNUS *lib. 1. Chron. Lubec. pag. 2.* Joh. MICRÆL. *lib. 2. Pom. cap. 15. & Syntagm. Histor. Polit. lib. 3, Sect. 12. pag. 1109.*

Mirari fortè quis posset, antiquissimis temporibus Pomeraniam & Rugiam urbes tam potentes & munitas habuisse, cum tamen Germania prisca ijs caruerit, quas etiam nullo modo ferre potuerunt; quin potius ad exemplum Lacedæmoniorum pro mœnibus Juventutem suam reputarunt, magno sibi dedecori existimantes, mœnijs se valloq; cingere, quamvis aliàs vicos incoluerint. Unde quoq; Tencteri apud C. TACITUM *lib. 4. Histor.* Ubijs istam ignaviam exprobrantes sic inqviunt: *Ut amicitia societasq; nostra in æternum rata sint, postulamus à vobis, muros Coloniæ, munimenta Servitii, detrahatis: etiam fera animalia, si clausa teneas, virtutis obliviscuntur: liceat nobis vobisq; utramq; ripam colere, ut olim majoribus nostris: quomodo lucem noctemq; omnibus hominibus, ita omnes terras fortibus viris natura aperuit.* Hinc rectè Dn. D. Hermannus CONRING *de urbib. Germanicis th. 16 ait:* Urbium nullas Germanorum populis ante mille sexcentos præter propter annos habitatas fuisse, antiqvam memoriam repetentibus facilè apparet. Enimverò quæ de antiquiore urbium nonnullarum initio à qvibusdam memorantur, figmenta mera sunt & inanes fabulæ, ut quorum fides nullis neq; peregrinis, neq; domesticis monumentis sit subnixa. De suo ævo, hoc est, ætate Trajani, disertè C. TACITUS, *lib. de Morib.*

*Germ cap. 16.* cui res Germaniæ fuerunt compertisſimæ: *Nullas Germanorum populis urbes habitari, ſatis notum eſt: ne pati quidem inter ſe junctas ſedes. Colunt diſcreti ac diverſi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit.* Loquitur autem ille de *Germania magna*: in ea ſcilicet quæ parebat Romanis cis Rhenum Germaniâ, urbes tum fuiſſe, ipſe non ſemel alibi prodiderat. Id certisſimum videtur, ætate Caroli M. in omni Saxoniâ i. e. Weſtphaliâ, Angrivariâ, omniq; illo tractu, qui eſt inter Viſurgim, Albim, Melibocum montem & Salam amnem, imò nec trans Albim ad Eidoram usq;, ubi nunc floret Holſatiæ Ducatus, nullam omninò urbem inventam. Verum in extruendis urbibus Germanicas gentes ſuperarunt Venedi, illi qui circa ſeculum Chriſtianum ſextum, quicquid eſt inter Salam & Viſtulam fluvios, mare Svevicum vel Balthicum usq; in Holſtenios Saxones, ac tempeſtate habitatoribus Germanis vacuum occuparunt. Hos enim jam ætate Caroli M. & urbes & caſtella coluiſſe, ſuaq; habuiſſe ad Balthicum mare emporia, haut difficile eſt probatu ex Francicis Annalibus, omnium antiqviſſimo harum rerum monumento, Vid D. Juſtus Georgius SCHOTTELIUS, *de ſingularib. & antiq. in Germania jurib. cap. 11 pag. 303. & ſeqq.* ubi diverſas nominat urbes quæ ad mare Balthicum antiquisſimis iſtis temporibus floruerunt & pedetentim radicitus exſtirpatæ ſunt.

Pag. 65. num. 22. lin *10. Groſvvinum ad Panim fl.* Urbem hanc, è regione Anclamiæ ſitam, A. C. *1184* tempore Bogislai II à Danis diruram eſſe, tradunt Hiſtoriales Pomer. pasſim. Johan. MICRÆL. *lib. 2. Pomer. Cap 89 pag 267* nennet Sie eine feine Stat. add. ARNOLDUS, Abbas Lubec. *lib. 3. Chron. Slavor Cap. 7. num. 2. pag. 312.* Saxo GRAMMATIC. *Hiſt. Dan. lib. 16.* Joh. Iſac. PONTANUS *rer. Dan. lib. 6 ad ann. 1185.*

Ibid. lin. 18 *Zazina.* Fortasſis eſt Zanau, contractè, veluti pro Selanova. Selnov, Colbergenſium pago, hodiè dicimus.

Pag. 66 num. 24. lin. ult. *Origo Chriſtianiſmi apud Pomeranos.* Veriſimile eſt, & à rerum Pomeranicarum Scriptoribus ſatis demonſtatum, Evangelicæ lucis radios jam Apoſtolorum tempore, uti in reliquis Germaniæ Provincijs, ita etiam apud Gothos & Vandalos coruſcaſſe, à qui-

quibus quondam, ante Slavorum seu Henetorum & Sarmatarum irruptionem, Pomerania habitabatur. Sed pedetentim tenebræ superstitionum denuo invaluerunt. Tandem tempore Caroli M. vicini Principes Christianorum ad Ecclesiæ sinum Pomeraniam retrahere annitebantur. Occidentalis partis incolas quidem Imperatores, cum Regibus Daniæ & Saxoniæ Ducibus, ad fidem Christi armis subinde sollicitabant, in Orientali parte habitantes, Poloni quoquo modo ad eandem invitabant. Hinc jam tempore Ludovici pij, qui fuit Caroli M. filius, circa A.C. 813 Monachos quosdam Cœnobij Corfei in Westphalia à Ludovico fundati, non sine vitæ periculo se ad Slavos & Vandalos, ut eos converterent, penetrasse, & inter multa alia loca etiam Rugiam Christo lucrifecisse, ibiq; Oratorium in honorem Salvatoris & memoriam S. Viti, Patroni dicti Cœnobij exstruxisse & fundasse, testatur HELMOLD. Presbyter *Chron. Slavor. lib. 1. cap. 6. num 3.* Mox Rugiani à fide Christi deficientes, relictos Sacerdotes expulerunt, & Religionem Christianam cujus gustum utcunq; perceperant, in sceleratam superstitionem transmutarunt. Nam S. Vitum Christi Servum relicto & contemto Christo Domino pro Deo coluerunt, nomen ejus tantùm retinentes quem corrupto nomine Swanto Vitum appellarunt. Ita per Rugiam & Pomeraniam Religio obsolevit Christiana, donec Hinricus Auceps Imp. Saxonici sangvinis, devictis Slavis, collapsam Religionem in Pomerania occidentali denuo restitueret. Verùm multi semper remansêre, qui jugo Christi vel nunquam recepto, vel sæpius, ob nimis avaras decimarum exactiones, excusso, ad fædum Dœmonum cultum revertebantur: tanto superstitionis incremento, ut nulla pene nominis Christiani vestigia tandem superessent. Orientalis tamen Pomerania, curâ Ducum Poloniæ, tenacior fuit fidei, in qua A. C. 965 Colbergæ novus Episcopatus fuit institutus, qui ad A. C. 1025 vel circiter duravit, quod demonstravi *in annal. meis Colbergensib. ad A. C. 965.* ex quo tempore multùm Christianæ Religioni abrogatum fuit, donec Pomerani à Polonis & Danis, diversis locis ad fidem Christi jam armis adigebantur, jam alijs persvasionibus invitabantur, postqvam eorum Princeps religionem Christianam jam ante susceperat. Sic circa A. C. 1106 Frater

Bernhardus, Eremita, natione Hiſpanus, has terras ingreſſus, *Januam* ſalutis recludere illis voluit. Sed Pomerani pauperem, ceu videbatur, riſerunt Monachum, tanquam impotentis alicujus deaſtri legatum, & cum quatuor Ducis Svantibori nuper defuncti filijs jam tum occultè baptizatis, ſed fidem nondum publicè confiteri auſis, occupata à Polonis loca recuperarunt & paſſim ex templis Chriſtianorum ſacram ſupellectilem abduxerunt: quam tamen cum per ludibrium in convivijs ebrioſi prophanarent, multi eorum malo dæmone correpti & in amentiam dati, plerosq; in Pomerania ulteriore ad ſuſcipiendam Chriſti religionem ſuo exemplo permoverunt. Ut etiam citeriores Pomer. in ſuperſtitione gentili pertinatiores, ad gremiũ Eccleſiæ adducerentur, Poloniæ Rex Boleslaus A. C. 1120 expeditione in Stetinenſes feſtinanter factâ, eorum urbem expugnavit, &, ut tributum annuum, Chriſtoq; nomen daturos ſe promitterent, illos adegit, multosq; ex pueris, quibus fundamenta fidei inculcarentur, ſecum abduxit. Hæc expeditio Regis quanquam non potuit non Principibus Pomeraniæ citerioribus, Wartislao & Ratiboro, diſplicere, quia tamen ob propagandum Chriſti Regnum eam fuiſſe ſuſceptam ipſi Chriſtiani intelligebant, facilè ad pacis conditiones cum Polonorum Rege deſcenderunt, eiq; autores fuêre, ut omnem lapidem in convertendis Pomeranis moveret. Evocavit ille A. C. *1124* è Franconia Ottonem Andechſianum, Epiſcopum Bambergenſem, ſibi à puero notum. Qui lautius indutus & ſplendidiore comitatu incedens, terræ populos, fideli Principum ope adjutus Chriſto ſubjecit, quo facto, A. C. *1128* *Julini* ſedes Epiſcopalis à Pomeraniæ Principibus fundata eſt, quid ex eo tempore in ſtatu Religionis in Pomerania actum ſit, in compendio ſupra in animadverſionibus ad primum Diploma oſtendi, quo candidum Lectorem remitto. Qui plura deſiderat, adeat D. Dan. CRAMERI 𝔓. 𝔎. 𝔋. D. Ioh. MICRÆLII *annales Pomeran. & Syntagm. Hiſtor. Eccleſiaſt.* & noviſſimè Fratris mei germani D. Conrad - Tiburtii RANGONIS *Hiſtoriam Syncretiſm.*

Pag. *71.* num. *26.* lin. *17. Epiſcopatum Vlnenſem.* vid. pag. *65.* & notata ad pag. *148.*

Pag. *75.* num. *6.* lin. *27. Gryphonibus.* Vid. quæ annotavi pag. 239 ſeq.

ſeq. & de Lesci III. Filiis ſpuriis adde Georg. Henrici SPRINGS-FELDII *tr. de Apanagio ejusdemq; jure cap. 3. num. 270. pag. 73.* ubi è Matthia de Michovia Polon. Hiſt. & Martino Crometo de or. & reb. geſt. Polon. ea refert, quæ ab Hiſtoricis Pomeranicis ubiq; negantur. Si quis hic multa afferret, is univerſam Polonorum & Pomeranorum Hiſtoriam perturbaret, ego publicis Monaſterii Olivenſis inſiſtens monumentis, ſequentem pono Genealogiam.

Swantiborus, Pomer. Princeps obijt A. C. 1107.

| Wartislaus. Ratiborus, Principes Pomeraniæ Occident. ab his deſcendunt Duces Pom. qui in Bogislao XIV deſierunt A.C. 1637. | Bogislaus obiit A.C. 1150. | Svantipolcus I. obiit in vinculis A. C. 1120 |
|---|---|---|

Subislaus I. Olivæ Conditor † A. C. 1187.

| Samborius † 1207. | Meſtvinus † 1220 |
|---|---|

Subislaus. Svantipolcus II. Magnus, Sambor. Ratiborus VVartislaus.

Meſtwinus. VVartislaus. Samborius. Ratiborus.

Pag. 80. §. 1. lin. 1. *Pomeranorum Rempub. liberam olim*. Hinc Saxo GRAMMATIC. *Hiſt. Dan. lib. 13. pag. 124* VVartislaum Pom. Principem, Slavorum Regem A. C. 1128. & ARNOLDUS, Abbas Lubec. *lib. 3. Chron. Slavor. cap. 7. num. 2. pag. 312* Bogislaum, Principem ſive Regem Pomeranorum A.C. 1184 vocant, Regiâ quippe manu in annum usq; Chriſti 1182 has terras tenuerunt & gubernarunt, ex quo tempore S. R.I. Duces creati, Provincias ſuas hereditarias ab Imperio Romano-Germanico ſponte in feudum recognoverunt.

Pag. 82. §. 2. lin. 30. *Diviſionem terræ Pomeranicæ Andreæ* Scho-

ma-

mackers. Ea hæc est: Wiewol Pommern / Caßuben / Wenden / Rügen / Gützkau ihre eigene Namen und Grentzen haben / auch etwa mit der Sprach und Sitten von einander tragen / so ists doch in eine Gewonheit kommen / das man die Lande alle Pommern heist / und nicht unbillig / den Pomorswa uff Wendisch oder Polnisch wird bey den Teutschen am Meer gesagt / den alle gemelte Lande liegen mit der einen Seiten vom Anfang biß zum Ende am Meer. So hat nun Poñern seine Gräntze vom Auffgang an Preußen und Polen / vom Mittage an der Marck / vom Niedergang an Meckelburg und von Mitter-Nacht die offenbare See und das Meer. Hat in sich bey 40 wolgebaute Städte / viel Flecken und Schlösser / den Hertzogen dem Bischoff von Cammin und den Edelleuten zugehörig. Acht Abt-Klöster und sonst 30 andere Klöster. Das Land Stettin / welches das erste ist / hat Städte / Stettin / Anklam / Pasewalck / Piritz / Gartz / Greyffenhagen / Demmin / Treptow an der Tollense / Ukermünd und Vierraden / auch die Insul Usedom. Drey Abteyen / Colbitz / Pudgla und Stolp.

Pommen ist Zweyerley / Vor-Pommern und Hinter-Poñern.

In Vor-Pommern ist Caßuben mit eingeschlossen. In Hinter-Pommern wird Wenden gerechnet / nachdem die beyden Sprachen und Sitten schier in Teutsche Art verendert seyn.

Vor-Pommern hat Städte Stargard / Golnow / Damm / Treptow an der Rega / Greyffenberg / Cammin und Wollin.

Wenden / welches Hinter-Pommern ist / hat Städte Stolp / Rügenwald / Schlawe und die Abtey Bukow.

Caßuben hat in sich das Stifft Cammin / die Graffschafft Neugarden und die beyden Aembter Belgard / und Neuen-Stetin / an Städten / Colberg / Cößlin / Belgard / Neugard / Massaw / Labes / Freyenwalde / Regenwald / Daber und die Abtey Belbuck.

Rügen ist eine Insul / und wird in sich noch in andere Inseln geschieden / hat keine berühmte Städte / aber einen offenen Markt zu

Ber-

Bergen und andere Flecke und eine Abtey zu Hidensee. Unter das Fürstenthum Rügen gehört das Land Bart/ Grimmen/ Tribsees und die Abtey zum Camp/ und das beschloßene Land aufm Darße/ auch die Graffschafft Güßkow/ hat Städte Stralsund/ Greyffswald/ Loiß und den Flecken Güßkow/ die Abtey/ Eldenow und das Ambt und die Stat Wollgast.

Das Land zu Pommern ist 63 Meile Weges lang/ und 10. 8 oder weniger/ iedoch nicht unter 4 Meile breit.

Die Stat Lauenburg und beyde Ambter Lauenburg und Bütow an der Preußischen Gräntze/ ist ein sonderlich Gebiete.

Diß ist eine kurtze Beschreibung wie mans auffs genowste machen können.

Pag. 84. § 3. lin. 7. *Civitatum semper magna fuit potestas jam ab initio*. ANDREAS Abbas Bamb. *in Vita Ottonis Bambergensis lib. 3. Cap 6. pag. 175 edit. Jaschiana*, quando refert, quomodo Dux Wartislaus generale Colloquium, ( Concilium, conventum vocat Anonymus, einen general-Land-Tag ) Usedomiæ indixerit, atq; urbes ad suscipiendam Christianam religionem adhortatus sit, vocat *Timinensis* (Deminensis ) *Civitatis aliarumq; urbium Primores, Regni sui Principes*. Convenit *Jacobi* GRETSERI, *Jesuitæ* editio *lib 3 cap. 5.* quam Dn. JASCHIUS contulit cum Andrea Abbate *pag.* 430 ex quo elogio abundè satis constat, quo loco jam tum temporis *1128* nempe post Christum natum, habitæ fuerint Civitates, quod encomium de solis Civitatibus hic intelligo, quamvis ANONYMI cujusdam Historia illud etiam de ordine Nobilium & Civitatibus junctim dicat *lib 3. c. 3 pag. 328 ejusd. edit.* ubi eos *Barones & Capitaneos totius Provinciæ ac Præfectos civitatum vocat.*

Ibid. lin. *23. Ducum Pomer Genelogia*. Ducum Genealogiam tam Historici Pomerani, *Jo.* BUTOVIUS, & Martinus MARSTALLER. Andr. HILDBRAN. PAUL. FRIDEBORN aliquot Tabulis, Dan. CRAM. P. K. H. *lib. 2. c. 2. Joh* MICRÆL. in *Tab.* & alij, quam exteri Dav. CHYTRÆUS. Hier. HENNIG. Anto. ALBIZ, & novissimè *Jo.* LIMNAEUS *Jur. publ.* ubiq; exhibent. ideoq; omissâ eâ hic Tabulam Progonologicam ultimi Pomer, Ducis è *Jac* GERSCHOV. *Tokeologia* Illust. *n. 70.* tantùm ponam.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ERICVS II. Dux Pomeraniæ obiit 1474. | SOPHIA, Bogislai IX. Ducis Pomeran. F. | CASIMIRVS Rex Poloniæ. | ELISA, Regina Bohemiæ | LVDOVICVS Elector Palatin. | MARGARETHA Dux Bavariæ, al. Sabaudiæ. | LUDOVICVS Dux BAvariæ | AMALIA, Dux Saxoniæ. |

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| FRIDERICVS II. Elect. Saxoniæ | MARGARET. Archi-Dux Austriæ | ALBERTVS III. Dux Bavariæ | ANNA Dux Brūsvicens. | GEORGIVS, Princeps Anhalt. | SOPHIA, Comes Honstein | GVNTHERVS Comes Svarzburg. | MARGAR. Princeps Henneberg |

| | | | |
|---|---|---|---|
| BOGISLAVS X. Dux. Pomeraniæ, Cogn Mag obijt 1523 | ANNA Regina Poloniæ, quatuor Regū Soror obijt 1503. | PHILIPPUS Elector Palatinus, ob 1508. | MARGARETHA, Dux Bavariæ |
| ERNEST. Dux. Sax. Elector, obijt 1486 | ELISA, D. Bavariæ, obijt 1484 | WOLDEMARVS Princeps Anhalt. obiit 1508 | MARGARETHA, Comes Schwarzburgens. |

| | |
|---|---|
| GEORGIVS I. Dux Pomeran. obijt 1531. | AMALIA, Dux Bavar. Cō. Pal. Rhen. ob. 1523. |
| JOHANN. Elector Saxoniæ obijt 1532. | MARGARET. Princeps Anhalt. ob. 1513. |

| | |
|---|---|
| PHILIPPVS Dux Pomeran, obijt 1560. | MARIA Dux Saxoniæ, obiit 1583. |

BOGISLAVS XIII. Dux Pomeraniæ &c. obijt 1606.

BOGISLAUS XIV

Stetini Pomeranorum, Cassubiorum & Vandalo

| FRIDERICVS Dux Brūsvicens | MAGDALENA Marchio Brandeb. | JOANNES Comes Nassoviæ. | ELISA, Comes wirtenb | FRIDERICVS II Elector Saxoniæ | MARGARETHA Arch Duc. Austriæ. | ALBERTVS III. Dux Bavariæ. | ANNA Dux Brūsvicensis- | BERNHARDVS Dux Angriæ. | ALEIDA, Dux Pomeraniæ. | FRIDERICVS II. Elector Brandeb. | CATHARINA Dux Saxoniæ- | GVILIELMVS Dux Brūsvicens | ELISA Comes Stolbergens. | ERICVS II. Dux Pomeran. | SOPHIA, Dux Pomeraniæ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|

| OTTO. Dux Brunsvicensis obiit 1471. | ANNA Comes Nassaviæ. | ERNEST. Elector Saxon. obiit 1486. | ELISABETHA, Dux Bavariæ, obiit 1484 | JOHAN Dux Angrivariæ, obiit 1507. | DOROTHEA, Marchion Brandeb. | HENRICVS jun. Dux Brunsvicensis. obiit 1514. | CATHARINA, Dux Pomeraniæ. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|

| HENRICVS Dux Brunsvicens. obiit 1532. | MARGARETHA, Dux Saxoniæ obiit 1528. | MAGNVS Dux Angrivariæ, obiit 1543. | CATHARINA Dux Brunsvicensis obiit 1563. |
|---|---|---|---|

| FRANCISCVS Dux Brunsvicensis obiit 1549. | CLARA, Dux Angrivariæ, obiit 1576. |
|---|---|

**CLARA Dux Brunsvicensis & Luneburg. obijt 1598.**

& ultimus
**rum Dux, Rugiæ Princeps, Gützcoviæ Comes, &c. obijt A.C 1637. d. 10. Martij ætat 57**

| ERICVS II. Dux Pomeraniæ obiit 1474. | SOPHIA, Bogislai IX. Ducis Pomeran. F. | CASIMIRVS Rex Poloniæ. | ELISA, Regina Bohemiæ | LVDOVICVS Elector Palatin. | MARGARETHA Dux Bavariæ, al. Sabaudiæ. | LUDOVICVS Dux BAvariæ | AMALIA, Dux Saxoniæ. | FRIDERICVS II. Elect. Saxoniæ | MARGARET. Archi Dux Austriæ | ALBERTVS III. Dux Bavariæ | ANNA Dux Brũsvicens. | GEORGIVS, Princeps Anhalt. | SOPHIA, Comes Honstein | GVNTHERVS Comes Svarzburg. | MARGAr. Princeps Henneberg |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|

| BOGISLAVS X. Dux. Pomeraniæ, Cogn. Mag. obijt 1523. | ANNA Regina Poloniæ, quatuor Regũ Soror obijt 1503. | PHILIPPus Elector Palatinus, ob 1508. | MARGARETHA Dux Bavariæ | ERNEST. Dux. Sax. Elector, obijt 1486. | ELISA, D. Bavariæ, obijt 1484. | WOLDEMARVS Princeps Anhalt. obiit 1508. | MARGARETHA, Comes Schwarzburgens, |
|---|---|---|---|---|---|---|---|

| GEORGIVS I. Dux Pomeran. obijt 1531. | AMALIA, Dux Bavar. Cõ. Pal. Rhen. ob. 1523. | JOHANN. Elector Saxoniæ obijt 1532. | MARGARET. Princeps Anhalt. ob. 1513. |
|---|---|---|---|

| PHILIPPVS Dux Pomeran, obijt 1560. | MARIA Dux Saxoniæ, obiit 1513. |
|---|---|

BOGISLAVS XIII. Dux Pomeraniæ &c. obijt 1606.

BOGISLAUS XIV

Stetini Pomeranorum, Cassubiorum & Vandalo

seculis floruisse, haut difficulter apparet *supra è Diplomate in ordine secundo ,pag.150* in quo Casimirus Pomeranorum Princeps Fratribus de Lundig,qui A.C.1170 venerant ad construendum Cænobium in loco, qui posteà Belbog dictus fuit,donavit sex Sartagines ad usum salis,uti verba sonant. A.C.1208 Bogislaus & Casimirus, Fratres,Duces Pomeran.cum Matre Anastasia,supra dictas Sartagines Fratribus de Horto S: Mariæ in Frisiâ quondam,qui in locum Belbog successerant,concesserunt. *Vid.supra Diploma V.pag.162.* A.C 1287 Hermannus Episcopus Camminensis controversiam inter Abbatem & Conventum Cænobij Belbog atq; salinarum Colbergensium Dominos super dictis sartaginibus definivit. Vid.D.Daniel CRAMER: P.K.H.*lib.2.Cap.4.pag.12.* Cosmus von SIMMER/ *in Cosmograph. MSS. part. 2. pag. 1209. Tit.* Colberg affirmare audet,Imperatorem Fridericum Barbarossam,cum A.C.1182 Principes Pomeraniæ S R.I Duces creasset, Salinarum Colbergens. Dominis jura nobilitatis etiam confirmasse, & ab antiquo ij Salinarum Possessores,quorum Majores ad clavum Reipubl. sederunt, nomine Patritiorum gaudent, unde Serenissimus & Reverendissimus Princeps Franciscus, Pom. Dux & Episcopus Caminensis in Stifft. LandTag: Absch. *A.C.1608.d. 10. Octob.* §. So erkleren wier etc. eos nomine der Geschlechter honorat & *ibid.* §. Fürs dritte hette etc. vocat das herrliche Kleinoth/ die Sültze/ & ante eum Reverendissimus & Celsissimus Dux Casimirus, Episcopus Camminensis A.C.1576.d. 26. Iulij in Rescripto ad Senatum Colbergensem, quod Iohannes à Stoyentin/ Patritius Colbergensis nobilis impetraverat, disertis verbis asserit: Das Saltzborne nicht fürnemlich auff des Kauffmanns Handthierung und Handelung bestehen und fundiret seyn/ sondern ihre gewiße Jährliche Frucht und Nutz durch Geschöff und Wirckung der Natur an ihm selbst mitbringen/ wie andere des Erdreichs Gewächs und Gaben/ derer die vom Adel sich gebrauchen. Unde multorum seculorum observantia introduxit, ut ex ordine Patritiorum & Salinarum Possessoribus, non tamen exclusis viris doctis,Senatores Curiæ Colbergensis tantùm electi fuerint,& adhuc hodiè eligantur,exclusis reliquis Civium Ordinibus omni-

omnibus. Optandum esset, ut propter penuriam lignorum, nostrates arte juvarent naturam, & aqvis in texta seu telas stramentorum (Stroh Leckwerck vocant germanicè) effusis, id quod sterile paulatim aëris beneficio subtraherent, & quod salsum in subjecta labra seu capsulos & alveolos gravitate suâ delabens, faciliorem adcoctionem præpararent. Possumus etiam libellâ qvadam ingeniosè ponderare salsedinis differentiam, quod faciunt Saltzungenses in Thuringiâ, teste VVolffgango HEIDERO, *Vol. 1. Orat. 28. & in specie orat. 4. de Thuring. pag. 1195* & pro comperto habent, quod aqua salsa, die Sole/ inde gravior fiat, sic enim Ioh. THOLDEN in *Haligraph.* quam Dn. Ahasverus FRITSCHIUS *in Tr. de Regali Salinarum jure part. 1. Cap. 8.* integram exhibet, *sub tit.* Saltzungen: Die Sole alhier weget 7 Loth/ wird aber durch Strohleckwerck gereichert/ das Sie auff Zwölff Pfund oder Loth versotten wird. Hoc compendiò in Germaniâ nostrâ multi, qui Salinas habent, utuntur, teste eodem THOLDENO, passim.

Idid. lin. 15. *Metalli fodinis.* Vid. *supr. Diploma VI. pag. 165.* quod est Instrumentum Emtionis-Venditionis urbis Colbergæ, in quo Barnimus & Bogislaus Duces Pom. Hermanno Episcopo salinas, aurifodinas, argentifodinas, ferrifodinas unà cum urbe & territorio Colbergensi vendiderunt, salvis tamen Privilegijs urbi & territorio ante id concessis.

Ibid. lin. 18. *Lignis tam ad exstructionem ædium quam navium satis instructa.* Pomerania ante Saxonum adventum abundavit lignis, nec hodiè laborat eorum inopiâ, ut etiam navibus & domibus ædificandis sufficiant, quorum tamen in Rugiâ penuria, sed alendo in foco & fornace igni, quantum sufficit, & illud toti propemodum Insulæ sufficiunt, cum multa alia loca, tum autem imprimis Insula Iasmundi, ubi sylva densissima quam indigenæ *Stubenhitze* appellant, quasi dicas, fornacum calori sufficiens. Ne tamen per crebras navium exstructiones sylvæ nimis excidantur & vastentur, navium alienatio certis statutis constringi solet. Sic Stralsundi & Colbergæ naves ibi exstructæ intra sexennium proximum ab urbe alienari non possunt, können innerhalb

Sechs

Sechs Jahr von der Stat nicht verkaufft werden/ sondern müssen so lange darbey bleiben und fahren. Imo hic Colbergæ primi navis constructores coguntur jurare, quod intra illud tempus nolint ab urbe alienare, ut observantiæ hujus eò securior sit Respublica Vid. SENAtus Colbergens. *Ordinatio de A. C. 1640 d. 9. Iunii* Quod Statutum rationabile est, quia pro usu publico & singulorum, promovendâq; navigatione introductum est, quæ firmitudini & sustentationi Reipubl. maximè necessaria. Si verò necessitas urgeat, à Magistratu dispensari hac in re potest, ita tamen ut Reipubl. certum quoddam vectigal exsolvatur, scil. 6. Rthl. vor jede Last/ so das Schiff tragen kan. Vid. D. David MEVIUS *ad ius Lubec lib. 3. tit. 4. art. 6. num. 5. 6 & 7* D. Franc. STYPMANN. *de jure marit. & nautico part. 4. cap. 9. num 44. seqq. pag. 191.*

Ibid. lin. 25. *Moneta.* De mutatione monetæ in Pomerania Historiales sequentia suppeditant. A. C. 1492 enderte Hertzog Bugislaff aus bewilligten Ursachen die Müntze im Lande/ den ob Sie wol in ihrer Würde gut war/ so war sie doch all zuklein/ und was man kauffte/ da gab man der kleinen Müntz viel umb/ und wahr doch in dem Werth wenig/ und kam also das auch die Bauren geringe Zinse und Pacht gaben/ und das Land nach seiner grösse und Güte wenig trug/ allen Genieß und Früchte des Landes hatten die Fremden/ den dieselben kaufften alle Dinge wollfeil im Lande/ und gabens anderswo zwey oder dreymahl theurer. Darum ließ er schlagen neue Müntze/ als Vierchen/ Witten/ Schilling/ und ein Vierchen auff 3 Pfenning/ den Witten auff 2 Vierchen/ und den Schilling auff 2 Witten/ und gingen 16 Schilling auff 1 Marck/ und 3 M. uff 1. Fl. es war an Gelde oder Müntze/ den do wahr 1. Goldfl. Reinisch und 1 Fl. Müntz ein Ding/ und gebot allen Státen/ das Sie auff denselbigen Schlag auch Müntzen musten/ und thaten damit alle Müntze und alle Vinckenogen abe. &c. &c. Solche Enderung hat ein groẞes im Lande auffgetragen/ und beyde der Fürsten und der Unterthanen Einkommen verbessert. Er hat auch gantze und halbe Marck-Stücke von klarem Silber schlagen lassen. &c. &c.

Niclaus von KLEMTZEN *lib. 3.* von den Pommern und Rügianern *pag 634.* Andreas SCHUMACHER *Chron. Pom. MSS. ad hunc ann. pag. 171.*

Pag. 89. lin. 2. *XII Portus.* De urbibus maritimis Pomeran. & earum ostijs egregium locum habet Dav. CHYTRÆUS *Saxon. lib. 6 in princ* & in *Alb. Crantzii Vandalia & Saxon continuat. ad A. C. 1506 pag. 115. atq;* Joh. Angelius à WERDENHAGEN *Rerumpl. Hanseat. part. 3. cap. 22 seq. & lib. 6.* De portu maritimo Colbergensi emphatica verba sunt Illustrisſ. Ducis Francisci Episcopi Gamminensis, im Stifft: L. A. zu Colberg A. C. 1608 *d. 10. Octobr.* §. Dan fürs erste von vernünfftigen Menschen &c. ibi: Die Stat Colberg ist an solchem beqvemen Ort zur Handlung fundiret/auch mit einem so köstlichen Kleynoth der Hafen begabet/ das dergleichen in benachbarten Oertern nicht zufinden/ und männiglich/ der es siehet/ sich darob verwundert. etc.

Ibid. lin. 3. *Neq; damna maris alluviones afferunt.* Affirmat hoc Nicolaus LEUTHINGERUS *in Comment. de March.* Brand. *part. 9 pag. 77.* verbis: Est Colberga urbs præclara admodùm, sita in ripa maris, quâ vallo veluti solidissimo munita est, ut nullæ inundationis vis, sicut in Frisiâ & Hollandia, ei nocumentum inferendi facultatem inveniat. Nulla in Germania ad fretum propius adjacet: nullibi viliori precio editur & bibitur: Coquitur etiam hic Sal, estq; frequens & nobilis negociatio in ea, portusq; amœnus. Et hoc de littore maris Balthici ferè ubiq; asseverare possumus, hinc miror, quis homuncio Autori *Itinerarii Germaniæ politici,* heic peregrinanti, persvaserit, quòd *pag. 873* verba sequentia mundo exposuerit: Cancellaria est Colbergæ, ad mare Balthicum, cujus rabies hodie ibi in tantùm furit, ut de Cancellaria in alium locum transferenda jam sit deliberatum. Deus prohibeat clementer, ne tandem in Colberga infelix Julini fatum adspiciamus! &c. Risum hic teneamus Amici. Neq; Julinum maris rabies absorpsit, neq; Colberga eam metuit. Interim DEUS O. M. nos servet.

Ibid. lin. 16. *Bogislaus X. rigidum Jus naufragii mitigavit.* Mos oppi-

oppidò barbarus & inhumanissimus, non tantùm in Germaniâ & hinc Pomeraniâ nostrâ, sed ferè ubiq; locorum, quo contra jus & fas naves ripis impactæ, aut ruptæ, aut submersæ unà cum mercibus impositis per Officiales diripiebantur, ut legere licet apud Alb. CRANTZ. *VVandal. lib. 13. cap. 40. & lib. 14. cap. 1. & 13,* ipsis etiam nautis in periculum capitis tractis, quapropter gloriosissimus FRIDERIcus II. qui A. C. *1210* in Imper. electus, in *Authen. navigia C. de furt.* sanxit, ut sublatâ omni tali penitus consvetudine, tam ipsa navigia, qvam navigantium bona dominis suis integra serventur, quam secutus illustriss. BARNIMVS, Dux Pomeraniæ sequens mandatum hac de re A. C. 1274 in suis Principatibus promulgari jussit, cujus tenorem ex ipso Originali è Tabll. Colbergensium publicis hic addo: *BARNIMVS, Dei gratia. Dux Slavorum. Dilectis & fidelibus suis Advocatis, Ministerialibus, Militibus & omnibus in Dominio suo constitutis, ad quos præsens scriptum pervenit, salutem in omnium Salvatore. Hinc est, quod notum esse volumus tam præsentibus quam futuris, quod nos omnes velificatores cum omnibus rebus ipsorum, ita si naufragium passi fuerint, quod absit, ubicumq; circa partes dominii terre nostræ continget, recepimus in nostram protectionem & defensionem, volentes omnibus modis ipsos cum universis bonis & rebus ipsorum esse liberos & securos, nec ab aliqvo Advocatorum vel ministerialium nostrorum nullatenus indebitè gravari vel molestari. Commisimus etiam & in mandatis dedimus diligentibus Consulibus & Burgensibus nostris in Colberg, quod si aliquis prædictos naufragos indebitè molestare præsumet in aliquâ parte rerum ipsarum, ipsos unà nobiscum fideliter defendendum & tuendum. Datum Ukermundæ, anno incarnationis Domini Mo. CCo. LXXIIIIo in die Epiphaniæ Domini.* Tam laudabile institutum prosecutus est BENEDICTUS Episcopus Caminensis, & in Privilegio A. C. 1418 feria prima post Gregorii Martyris Colbergensibus dato, inter alia sancivit & S.P.Q.C. in perpetuũ exequendum concessit verbis sequentibus: Wy Benedictus, van Gades und des Römischen Stohls Gnade/Bischop tho Cammin/ bokennen und botügen apenbar in und mit dissem usem apenen Breve vör allen Christenen Lüden/dar disse Brev vör-

kumpt / ehne sehen/hören unde lesen/ dat wy hebben angesehen groten willen unde velen truwen Deinst user leven getruwen Borgermeistern unde Rahtmannen unde Mende user Stat Colberge unde dat Mene Beste darinne tho betrachtende van sünderger Gunst unde Gnade wegen ehn bestedigen unde confirmeren Ere Privilegia, Friegheit/ Eigendome/ de se van Olders her hebben gehat in unde an deme Zoltberge vor der vorscrevenen user Sta Colberge belegen unde noch hebben. etc. Vort mehr so geve Wy densulven usen leven getruwen Börgermeistern und Rahtmannen unde Mende user vorscrevenen Stat Colberge quid unde Vrygh den vorigen Strand by dem Meere van der olden Rege an bet uppe dat üterste aver des Fleetes geheten Unest/witt unde breth mit aller Thobehöringe/Richte/Rechte unde Gerechtigcheit/mit dem högessten und sidesten/so se dat tho langen Tiden van olders her/ock Begiffigünge user Vorfarde in langer Besittinge gehat hebben. Unde wat dar vor Gude und Waare in den Strand schleid van Unwedders wegen/ idt kame drin/wo idt dar kame/dar skal sick Nemand van den Usen/Manne edder Stede und Undersaten/effte wol anders ane verboden/und dat antasten/unde wegnehmen by synem högesten. Men dat alle scholen de Vorstendere der Havene van dem Rade dar tho gesettet nemen tho sick in Bewahringe/deme Seefahrenden Manne tho gode/ deme dat syne iß. isset dat idt is unverderfflike Waare/ de scholen Se deme Kopmanne tho gude na holden Jahr unde Dag. Isset/dat he binnen der Tidt kumpt dar thor Stede/so skal me eme sodanig Gutt Vriegh wedder geven/man des allene van beholden mäglick und redelick Bergegeldt. Isset averst verderfflike Waare de skalme verköpen/ un de Penninge dem Seefahrenden Manne tho gude verwahren/und wen he kumpt/so skalme eme dat tho kehren/men desgliken mögelick und redlick Bergegeld beholden. Wehret/dat da nemand na deme Gude kummt/ so skalme dat kehren tho Nüttigcheit und Beteringe der Havene/ de mede tobuwende. Des tho groter Tüchnis hebbe wy use Insegel hangen laten vor dissen usen apenen Brev. etc. Cumq; posteà Episcopalis Præfectus in Bast bona quædam naufraga suo Domino aufferret,

Col-

Colbergenses verò Præfecto dicam scriberent, lis à Religiosissimo & Reverendissimo Episcopo ERASMO decisa & de novo Privilegium Urbi confirmatum est A. C. 1527, die Iohannis & Pauli Martyrum, cujus excerpta hæc sunt: Wy Erasmus/ van Gades Gnaden/ Bischop to Cammin, bokennen apenbahr in dissem usem Breve vor jedermänniglick: Dewyle unde asse wy denne eine Tidtlang mit den Ehrsamen usen leven getrüwen Borgermeistern/ Rahtmannen unde gantzen Gemente user Stat Colberg in Twist und Erringe gestahn etliker Schüpbröckigen Güdere halven/ de tom Sorenbohme gestrandet/ unde dorch usen Ambtmann thom Basse unde etliken Usen Buren geborgen/ unde in use Bewahring gebrecht/ dat van wy nicht anders den geringe Barge-Geld genamen/ derselvigen Strandhaftigen Güdere sick de Usen van Colberge angematet. Als wen de Gefall kumpt/ nemand anders/ besunderen Se unde ehre Befehl-hebbere/ de to bergende Recht hebben/ deme gemenen Kopmanne tom vorderlickstien und to dem besten/ dat Se also vor langer hergebrechter præscriberten Wahnheit unde gebrückinge geholden hebben/ lenger den ever Menschen Gedachtnüsse vor jedermänniglick unverhindert/ und wowol sodane Twist und Irrestand etlike Thietlangk sick tisken uns/ unde den Üsen Borgermeistern/ Rathmannen und gantzer Meinheid user Stat Colberg entholden/ so hebben wy doch thom latesten der van Colberge mennigfoldige Deenste/ de Se Us allwege gehrne gedan/ und noch dohn mögen/ behertiget unde betrachtet/ und willen uth sondergen Gnaden unde Günsten/ do mede wy den usen van Colberge allwege tho gedaen/ Se by ehren/ wo vor angetagen/ Privilegien/ Rechtigcheiden/ Fryheiden/ præscriberten Wahnheiten/ övingen/ Brükingen der Strandhafftigen Güder/ unde wat demsülven anhengig/ wo me de nömen mag/ unde wat Se süst am Strande van oldes her gehat unde gebruket/ tischen der olden Regen und dem Cöslinschen Neste hinförder fry/ fredsam unde unverhindert bliven unde berowen laten/ sodane Güdere/ wo Se genömet werden/ dorch sick sülvest/ ere Havenheren/ Denere/ edder weme Se darto ordenen werden/ wo angetagen/ Se van oldens gedan unde gebruket/ tho bergen heb-

hebben/unde wyder in ere Beholt und Bewahringe tho bringende/darinne thohandelende unde wandelende/wo Se van Olders gedahn/unde willen dörch de Börginge/de by deme Sohrenbome dörch use Ambt-Manne uth Irrdome gescheen/ den van Colberge in eren Privilegien/ Rechtigcheiden/ præscriberten Wahnheiden/ Ovingen unde Brükingen nich mede affgebraken/affgeschneden/ noch ere Præscription interrumperet edder gekräncket hebben/ unde scholen süß in alle erer Macht und Krafft/ wo Se vör und vör/ efft de Interruption nich gescheen/ sondern alle Gutters bliven etc. Hanc Transactionem & respectivè Confirmationem Capitulum Camminense, (Cujus Capitulares Residentes, ut vocant, tum temporis nominantur Pribislaus Kleist/ Decanus, Lucas Krummenhusen/ Scholasticus, Wilhelmus Natzemer/ Cantor & Otto Manow.) approbavit plenoq; Consensu munivit A. C. 1538. die Mercurij post Matthiæ. Quod reliquam Pomeraniam attinet, etiam A. C. 1459, die Sabbathi post Viti & Modesti Rügenwaldiæ data ab Erico Duce Pom. Privilegia in §. Weret och etc. de hoc negotio sequentia disponunt: Weret ock dat jeniger Schade in der Heren Strande schlege/dar de Kopmann und Schupmann Hülpe tho eschen/Schüp unde Gutt tho bergen/ so skall man tho Berge-Geld gevenden drüdden Pening. Kunde jemand sien Guth unde Schüp sülvensi redden/ des skall he geneten hebben/ unde darff dar nemande af geven. Testantur porrò Historiographi tam exteri quam domestici Serenifs. & Potentissimum Bogislaum X. & Magnum, totius Pomeraniæ Monarcham, postquam Maris Raptorumque rabiem in peregrinatione versus Terram sanctam expertus esset, pessimam illam & omnis rationis expertem consvetudinem, qua naufragorum bona à Magistratu, qui maris potitur, aut imperium littoris habet, fisco adjudicabantur, in suis terris Pomeran. & Cassubiæ A. C. 1497 denuò penitus sustulisse, cautumq, est de eo in gemeinen Land Privilegien de A C. 1560 Stetini. §. sequenti. Den handthierenden Kauffmann wollen wier beschützen/ beschirmen und bey Recht lassen/ und do er einigen Schaden neme in allen unsern Strö-

Strömen und Stranden/ und könte oder möchte sein Gutt mit den Seinen selbst bergen/ daß soll ihme frey seyn/Schiff und Gutt behalten und davor nichts geben/ würden aber die oder der/so Schiffbruch leiden oder Güter werffen müssen/ iemand um Hülffe/ Schiff oder Güter zubergen anruffen/ und dieselben bekommen/ und die Güter alle/ oder zum theile bergen/ so soll Er oder dieselben geborgen Schiff und Gütere alle behalten/und nach Billigkeit und Gelegenheit der Gefahr/Arbeit und treuen Fleißes/so in der Bergunge angewand ist/ auch nach gestalt des erlittenen Schadens und geborgenen Gutes / denen/ die zum Bergen geholffen/ eine Verehrunge oder Trinck-Geld gegeben werden. und nichts mehr. Imgleichen wo die Hülffe zuthunde/ aus Mangel der Leute nicht gefürdert/ und dennoch das Gutt geborgen würde/ sol dasselbige denen es angehöret / auff ihr Begehren und billig Trinck-Geld und Erkentnüsse/ so ferne innerhalb dreyen Jahren darum Ansuchung geschehen/und so Sie ihre Forderung genugsam bescheinigen thäten/ gutwillig gefolget/ oder im Fall es/ als verderblich verkauffet/ der billige Wehrt erstattet werden/wo auch die/ so Schiffbruch gelitten/des Berge-Geldes oder Verehrunge halben/ sich mit denn so bergen helffen/ nicht vergleichen könten/ sollen Sie beyderseits Unsere/ oder unsere des Orts bestelter Ambleute Erklärunge darüber erwarten und folgen. Vid. Dissert. mea *de Dominio ejusdemq; ex jure Gent. acqvir. modis, num. 22. pag. 22.* Sed quam severissima hæc etiam fuerint præcepta, tamen iniquissima consvetudo ubiq; tolli non potuit, imò inaudivi, in quibusdam Cassubiæ locis eam adhuc durare. *Jure Canonico* excommunicantur, qui naufragium patientes rebus suis spoliant *cap 3. X. de Raptoril.* ipse Imper. CAROLus V. *c. penult. Sanctionis criminalis* pessimam hanc consvetudinem abrogatam vult, vocatq; böse unvernünfftige Gewonheit vieler Enden/ so ein Schiffmann mit seinem Schiff verfähret/ Schiffbrüchig würde/ das alß dann der Oberkeit desselbigen Orts/mit Schiff/Leib und Gütern verfallen seyn soll. Sed ne sic quidem compesci potuit, Vid. Andr. GAIL *1. Obs. 16.* *Joh.* BODIN *de Republ. lib. 1. c. 10.*

*pag.*

*pag.* 266 ubi hoc ἄλογον *Jus*, imò injustitiam geminam germanam apud Anglos Gallosq; , Neapolitanos, Germanos acerbius etiam apud Danos, Polonos, Norvegios usurpari dicit, Hugo GROTIUS *de J. B. lib. 2. cap. 7. n.* 1. Et nescio, quo gentium jure Annas Momorantius, Magister Equitum in Gallia, Legato Cœsaris coram Henrico II Galliæ A. C. 1556 conquerenti, duas naves ad littus ejectas, à Jordane Ursino captas, nixus respondit: Ea, quæ ad littus ejecta fuissent, gentium jure ad eum, cujus imperium in littore, pertinere. Ita invaluit, ut ne Andreas quidem Doria questus sit de navibus in littus Celticum ejectis; & à Præfecto classis Galliæ direptis, Vid Ioh BODIN. *d. l. pag* 267. Quam sanctius longè, atq; innocentius Respubl Romana, Hadrianus & Antoninus *l. 7. C. de inc. ruin nau l. 2. C de Naufr.* Sic posteà & CONSTITutiones Siculæ seu Neapolitanæ *lib. 1 tit. 51. Cap. 2.* Et LL. Visigothorum *lib. 7 l. 8* & And. GAIL 1. Obs. 18. n 6. testatur, mandata sine clausulâ in Camerâ Imper. decerni contra consvetudines de bonis naufragis jure littoris fisco addicendis. Consentit Ius Juticum *lib. 3. Cap. 61. 63.* Scanicum, *lib. 8. Cap 3.* Danicum, *art. 49. 73.* Norvegicum C. 26. Prussicum *lib. 4. tit 39. art. 5* §. 4. Belgicum PACtumq; inter Henricum IIX Angliæ & Philippum Archiducem Austriæ A. C. 1495 Pomeranic. supra allatum. Vid. D Ioh. STRAUCH, *de Imper. maris cap. 9* . 11. Caveant tamen sibi Exercitores, mercatores naviumq; magistri, ne piraticam exerceant, merces prohibitas vehant aut loca prohibita petant, vel tempore intempestivo. (wen Sie muthwillig/wieder Wetter und Wind ansegeln) navigationes instituant, aliàs pericula subibunt et levitatis suæ pœnas luent wann ein Raub-Schiff Frey-Beüter oder Caper strandet / oder durch Schiffbruch untergehet/ oder wann ein Schiff so Contrebande, verbotene Waare führet/verunglücket wird/ oder die Schiffer muthwillig wieder Wetter und Wind es ebentheüren/ oder an verbotene Oerter sich verschlagen/alsdann pfleget dennoch der Land-Herr daselbst auff eine und andere Masse zuzugreiffen/ obschon das alte Strand-Recht/Fahr-Recht/ Grund Ruhr-Recht/der strenge nach nicht mehr gelten darff/sunt verba D. Justi Georgij SCHOTTE-

LII

LII *de singularib.in German.jurib. Cap. 20.* vom Strand-Recht *num. 12 pag 398.* Plura qui desiderat scire de prohibito lucro in alienâ calamitate & è re tam luctuosâ, naufragorum scil. bonis, aut ex ipso naufragio, adeat Reinholdi KURIKEN *jus marit. Hanseat. tit 9. de naufrag. pag. 205.* Francisci STYPMANNI, *Tr. de Jur. marit & nautico part. 5 cap. 5. pag. 355 seqq. J.* G. SCHOTTEL *c.l. pag 587. per tot.*

Pag. 90. & 91. §. *6. De educatione & Gymnastica in duratione.* Postquam modernus noster Elector clementissimus A.C. *1653* Electorale Regimen Colbergæ instituerat, mox ibidem, Promotore illustri Gubernatore Fortalitii Colbergensis, Viro nunquam satis laudato & post funera etiam laudando, Dn. Bogislao à Schwerin/ Electorali Consiliario bellico intimo, Camerario & Militiæ Duce, Academiam Equestrem, vulgò Churfürstl. Pommersche Adeliche Academie/ etiam fundavit, ut in eâ Nobilium exercitia, nempe ars equitandi, ars gladiatoria, saltatoria & fortificatoria, uti vocatur, nec non Mathesis, Musica: & quod primùm dicere debebam, Linguæ Gallicæ informatio, florerent & Pomeranica juventus ijs invigilaret, nec opus haberet, cum magno salutis dispendio & pecuniæ dilapidatione, ut plerumq; fit, extera Regna adire. Perplacet Anonymi cujusdam Consilium, quod Phil. Andr. Oldenburger in *Thesaur. Rerump. part 4. tit. 1. de German. in genere, num. 231, pag. 362* graviter adfert, qui ita hac de re: Wan die Schulen und sonderlich Universitäten in einem Lande wol und dermassen bestelt/ das man darein die Sprachen und alles gutes/ so wol als in frembden Oertern lernen mag; Konten die Land-Kinder ein namhafftes ersparen/ auch von Ergerniß und Verführung besser verhütet werden/ und wan Sie je reisen wollen/ möchte man solches allein denen gestaten/ so bereits ihren cursum absolviret, auch hier zu von ihren Præceptoribus taugendlich befunden worden: weren auch die Reisen also anzustellen/ das die nicht allein ein Tour durch fremde Land thäten/ und sich nirgend lang auffhielten. Beneben kont ein groſser Potentat in Italiâ, oder andern Orten/ da es vonnöhten/ ein oder zwey gnugsame taugendliche Subjecta auffenthalten/ so die arcana illius Regni, statum Aulæ, und was sonsten zuwissen vonnöhten

then erkundigten; Das man aber die Peregrinationes also ingemein und indifferenter gestattet/ solches hat nicht allein das Teutschland Jährlich weit über ein Million gekostet/ wie die/so mit Wechseln umgehen/ wissen: Sondern zugleich an den moribus großen Schaden gebracht/ und sehr gefährliche Neuerung verursachet. Ad eandem quoq; metam arcum dirigit Professor quondam Altorfinus, J. VIRDUNgus, Vir sat prudens & rerum gnarus, qui in hunc modum disserit: Nimis profectò magno nobis hæ constant elegantiæ, quas trans Alpes alibiq; terrarum venamur. Non enim pecuniâ nos tantùm, sed, quæ magis deploranda jactura, virtute ac fide Germanicâ spoliant. Vnde Nicol. MACHIAVELLUS 1. *Disp. de Republ.* 55. Summa corruptela morum est ætate nostrâ in Italiâ, Galliâ iter & Hispaniâ, quæ Italiæ proximæ sunt. In solâ Germaniâ extant adhuc antiqvæ illius Romanorum virtutis atq; bonitatis insignia qvædam exempla.

Pag. 97. §. 9. lin. penult. *Mareschalli hereditarii*, Hoc officium à multis retrò seculis in Episcopatu Camminensi gesserunt generosi de Ramel/ uti id apparet è compositione Philippi Episcopi de A. C. 1373 d. 12. Octobr Colbergæ factâ, verba ideo libet addere, cum ex ijs simul constet, Pomeraniæ consvetudines secutos esse Camminenses, & non facilè ab ijs recessisse. Dewiel dan ock tuschen Arende und Beteken Brödern den Rameln/ tho Petervitz und Klapetow/ vele Irringen des Marckschalck-Ambts ingefallen/ und Se deshalven tho mehrmahlen in Unwillen unde Zanck gekamen/ und in der Herrschop tho Pameren und andern Landen also geholden/ dat de oldeste eres Geschlechtes Marckschalck iß/ so schal dat met den Rameln ock geholden warden/ und schal de oldeste eres Geschlechtes Marschalck des Stifftes tho Cammin sin und blieven/ und us mitgudem Rade in user anliggenden Noth na sinem högestem Vermöge deinen und des Stifftes beste alletidt helpen mit weten etc. Testes nominantur. De Ehrwerdigen und Düchtige/ Witzekinus Deken der Karcke tho Cammin/ Eggerd Mandevel/ Wolter Billerbeke/ Bartelt Steinwehr/ und ehre Veddern unde Fründe/ Hanns

Hanns/ Pawl und Hinrich de Ramele/ tho Wusservitz und Cosfernitz/ Peter Ramike/ tho Strippow/ Tessen Parsow und Hans Bulgrin/ Knapen.

Pag. 98. lin. 15. *Diœceseos Episcopi Roschildensis facta Rugia.* Jus quoad ecclesiastica qvædã prædia & bona in Principatu Rugiæ Danorum Rex nactus est A. C. 1168, testibus HELMOLDO *Chron. Sclav. lib* 2, *Cap.* 12. 13. *pag.* 234. *seqq.* SAXOne Grammat. *lib.* 14. Ioh. If. PONTANO *lib.* 6. *rer Danic. in VValdem.* 1. & qvia Absolon Episcopus Roschildensis præcipuam operam navavit in conversione Rugianorum, Rex ejusdem Ecclesiæ Cathedrali reditus è Rugia adjecit, ex quibus magnos percepit fructus. Postqvam autem reformatâ Religion Ceonstitutio Germaniæ Religiosa suspendisset jurisdictionem Ecclesiasticam, curamq; Religionis & quæ ad istam spectabant jus Imperij Statuum fecisset, exinde & bona Ecclesiastica velut pars territorij ejus jura seqverentur, quædam bona, fructus & reditus Celsissimi Pomeraniæ Duces inde suæ potestatis reddita putaverunt. Quia verò R. M. Dan. prisca Episcopi Roschildensis jura sibi arrogans contradiceret indeq; in controversiam inciderent, de hac tandem *Chiloniæ* in Holsatia A. C. 1570 sic transactum fuit, ut prædiorum istorum proprietas, utilitas & jus ista aliis conferendi esset penes Daniæ Reges, superioritas & imperium maneret Ducum; ex quo velut sita in eorum territorio jurisdictioni & oneribus provincialibus subessent, verba excerpta Transactionis Chilonensis, vulgò der Kielsche Vertrag sunt sequentia: *Nos CHRISTIANUS DEi gratiâ, Daniæ, Norwegiæ, Vandalorum, Gothorumq; Rex, Dux Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ & Ditmarsiæ, Comes in Oldenburg & Delmenhorst &c. Et Nos BARNIMUS ac PHILIPPUS, ex eadem gratia, Stetini, Pomeranorum, Cassubiæ, Vandaliæq; Duces, Principes Rugiæ, Comites Gutzcoviæ, notũ testatumq; facimus, quod differentiæ inter Nos exinde ortæ, quod Nos Duces Stetini Pomeranorum certis ex causis quædam bona, fructus & reditus ad Ecclesiam Cathedralem & Capitulum Rothschildense pertinentes ac in Rugiâ sitos, ante aliquot annos ad usus nostros transtulimus; sequenti modo inter Nos amicabiliter sint composita, scilicet, quod Nos Barnimus & Philippus, præfati Duces ea bona, quæ Capitulum*

*tulum Cathedrale Ecclesiæ Rothschildensis in Rugiæ Principatu ante occupationem nostram possedit, intra hujus & omnium Sanctorum proxima diei spatium restituere, & imposterum Episcopo, Administratori, vel Oeconomo dictæ Ecclesiæ Cathedralis proventus Ecclesiæ ad pias causas rogari solites, omnia Iura dominii, possessionis & ususfructus, quæ Ecclesia, antequam Nobis bona hæc assereremus, à antiquo Principatu nostro Rugiæ exercuit, quietè & absq; impeditione per Nos & Nostros, consuetò veteri more exercenda, utenda, fruenda, permittere, neq; bona illa sive eorum possessores novis & insolitis oneribus gravare, verùm Nos Duces Pomeraniæ servitijs & præstationibus, quæ virtute superioritatis territorialis ab his Ecclesiasticis bonis antiquitùs & Iure Nobis ratione militiæ & collectarum debentur, contenti esse, nec ad inusitata servitia possessores cogi velimus, ut tamen idcirco etiam prædictorum bonorum possessores omnes reditus hactenus nobis pendi solitos debito modo exsolvant.* Quomodo tandem Rugia plenè ad Serenissimos Svecorum Reges Regnumq; Sveciæ redierit apparet è FRIED: PUNCten zu Röger-Kruge *A.C.1658.d.17. Februar.. §.15.* & INSTRUM. PACIS ROTSCHILdens. *de eod. anno d 26. Febr. §.7.* quarum Pacificationum articulos dedi *supra pag.247*, & quamvis in novissimo bello Rugia tam à Rege Daniæ, quam Sereniss. Electore Brandenb. unà cum urbe Stralesunda A.C.1678 M.Sept & Octob. iterum occupata, tamen vigore TRANSACtionis PARISiens quam *supra pag.248* integram addidi *Art.5.* Svecis A.C..1679.M jun. restituta est.

## ADDENDA.

UT promissi memor sim, hic sub calcem pauca adjiciam de Insulis Orchadensibus, cum *pag. 107 supra*, Iohannis, Episcopi Orkadensis mentionem fecerim, qui fuit Ecclesiæ Caminensis in Pontificialibus A.C.1389 Vicarius, ubi scil. Insulæ istæ sitæ sint. ADAMUS Bremensis, (qui floruit A.C.1077, teste Gerh. Ioh. VOSSIO *lib.2. de Histor. Latin. Cap.47.*) in egregio libello *de Situ Daniæ & reliquarum Septentrion. Regionum Capitul.242. pag 156. edit Ioach. Ioh. Maderi* de ijs sequentia refert: *Post Nordmanniam, quæ est ultima Aquilonis provincia, nihil habitationis humanæ, nisi terribilem visu & infinitum Oceanum, qui totum mūdū* am-

*amplectitur invenies. Is habet ex adverso Nordmannia Insulas multas non ignobiles, quæ nunc fere omnes Nordmannorum ditioni subjacent, ideoq; à nobis non sunt prætereundæ, quoniam Hammaburgensem parochiam & ipsæ respiciunt. Quarum primæ sunt* Orchades *Insulæ, quas Barbari vocant* Orgænas: *Ritu Cycladum illæ sunt dispergæ per Oceanum De quibus Romani Auctores* Martianus & Solinus, *ita scripsisse videntur. A tergo Britanniæ unde infinitus patet Oceanus, Orchades sunt Insulæ, quarum XX sunt deserta, XVI coluntur. Orchades Insulæ pene XL junctæ. Item vicina sunt Electrides, in quibus Electrum gignitur. Igitur Orchades inter Nordmanniam & Britanniam ac Hyberniam positæ, frementis Oceani ludibundi minas deridènt. Ad quas à civitate Nordmannorū* Trondemne(Drontheim) *per diem ferunt navigari posse. Item ab Orchadibus, ajunt, simile spatium sive in* Angliam *dirigas, sive in* Schotiam *flectere velis. &c.* CL. D. Ioh. Christoph. BECMANUS *in Histor. orbis terrar. Geograph. & civili Cap. 5. num. 6. pag 12.* de Insulis his hæc habet: *Insulæ minores Hiberniæ & Magnæ Britanniæ* adjacentes sunt: *Orcades, Orkney, Scotiæ* ad Septentrionē appositæ, Insulæ numero XXX admodum, silvis vacuæ, sed pecorum bene feraces. Maxima est Pomona, Incolis *Meinland*, fodinis plumbi & sede Episcopali donata.

Deinde ad pag 145. lin. 22 observandum à Typographo in hoc errorē esse commissum, quòd pro 1669, ille 1661 posuerit, dicto enim anno 1669 Serenissimus noster Elector ratione Principatus Camminensis primùm certum locum & Sessionem efficienter in Comitijs Ratisbonensibus obtinuit, quamvis á primordio Comitiorum votum & suffragium extra ordinem habuerit, postquam A.C. 1663 $\frac{14}{24}$ Ianuar. hoc Ius ab Electorali Legato eminentissimo, Dn. *Godofredo de Jenâ*, Cancellario Mindensi quæsitum fuit & desideratum.

Tandem Inscriptionem Sepulchralem, quam ipse Beatissimus Dux Crojanus, Borussiæ & Pomeraniæ Electoralis ac Principatus Camminensis Administrator ultimusq; Camminensium Episcopus vivus valensq; Stolpæ juxta D Matris suæ, pientissimæ *Annæ*, Gryphorum ultimæ Epitaphium poni jussit, colophonis loco adjiciemus:

 D.O.M

D. O. M.
Tandem.
DEI GRATIA

# Erneſtus Bogiſlaus Dux Croy. &c.

Miſerrimus Peccator, & proinde minor
Cunctis miſerationibus, quas à divina Clementiâ,
Originem, & nativitatem, regenerationem, & fidem,
Animi quoq;, corporis, & fortunæ dotes,
Varias demum adverſitates, & divinas in ijsdem Conſolationes
Largâ manu accepit.
Pœnitens inde, hinc gratus, quantum in hac mortalitate poteſt,
Mortisq; ſuæ memor,
Quam votis occupat potius, quam differt,
Hoc vivens ſibi monumentum poſuit,
An. 1682. Ætatis 62.
DEUM OPTIMUM MAXIMUM
omnibus reliquis vitæ horis obſecrans,
ut hanc ſibi placidam, in Chriſto unico Salvatore beatam,
Poſtea animæ pretioſo ejus ſangvine redemptæ
in vaſtisſima ſua miſericordiâ locum,
Corpori hic loculum, & requiem inturbatam
ad glorioſam usq; reſurrectionem concedat.
Amen.
Natus anno 1620.
d. 26. Auguſti.
obiit anno C. 1684. d. 7. Febr.
anno ætatis 64.
Tumulatus hic.
Tu autem
Viator
idem illi precatus
famæ & memoriæ
viventis & defuncti
ſic parce, conſule, fave,
ut tuæ


Et

et in vita, & post mortem
actum cupis.
Vale.

* * * *

| | |
|---|---|
| *Annus Nativitatis.* 1620. | SIC tVa fata VIDes PoMeris, tIbI fata negarVnt |
| *Annus obitus.* 1684. | Certa DVCes, StIrpIsqVe CaDIt nVnC SVrCVLVs ILLE, |
| *Annus ætatis* 64. | ErnestVs BogIsLaVs obIt *Kro*IIana propago. |

Ne ultimæ hæ vacent pagellæ, lubet Martini MARSTALLERI *Carmen Elegiacum* in Insignia Ducum Pomeraniæ, quod Bardi A. C. 1591 fecit, apponere.



HÆc *Pomeraniaca* fert Dux *Insignia* gentis,
A *Gryphis* ducit qvi genus acre *Gotis*.
Ritè decem *Clypeus* spaciis distingvitur, in queîs
*Gryphus* ovans pennâ perpete multus inest.
Primus *Cærulei Campi Ruber* ille *Sedini*,
*Fronte Coronatus*, stemmata prima notat,

Al-

Alter ab hoc *Rubeus* ſpacio qui pictus in *Albo*,
Hunc *Gryphum* tellus vult *Pomerana* ſuum.
*Nigrantem* Clypeô, *Flavô* in fundamine, confert,
Marte fero tellus *Casſubiana* potens.
Transverſim *Viridi rubeum* ſed ſegmine *Gryphum*
Diſtingvit, *Niveo Vandala* terra ſolo.
In *Fulvo Nigrum* dat *Rugia* culta *Leonem*
Quem cum *Cæruleo, Mania Rubra* favent.
Qui formam inferius præfert *Acipenſeris Albi*,
*Vſdomia* in Campô ſubjicit ampla *Rubro*
*Barda Nigrum* in *Flavô Gryphum* ſtudioſa miniſtrat,
Cui Pennas variat *Candida* penna *Nigras*
Inde *Caycorum* gens *Gilvo* jungit in alveô,
Cum *Qvatuor Rubeis, Ligna* ea *Bina*, Roſis.
Porrigit in *Rubro Niveum Wolgaſtia* Gryphum,
Cum Fulvis *Scacchi, Cæruleisq;* notis.
Ultima *Vexilli* qvæ *ſubſunt Signa Cruenti,*
*Cæſaris* auſpiciô *Jan-Friderice*, paras.
Hinc ergo inſignis Clypei formatur imago
Notaq; Clarorum, Priſcaq; ſigna, Ducum,
Qvæ tantùm vulgi ſuperant Inſignia, quantùm
Vincit mente, *Feras Rex Leo, Gryphus Aves*.

TANTUM!

DEO SIT LAUS ET GLORIA.

**Qvi ſe remq; ſuam Domino ſuper omnia credit,**
**Hunc vovet incolumem vindicis umbra DEI.**

(o)

# INDICES
## Hujus Operis.

I.

CONTINENTUR HOC VOLUMINE

# INDEX II. AUTORUM
## in libris de Originibus Pomeranicis & antiquâ Pomeranorum Republic. allegatorum.



*Egin-*

Sam

III.

# INDEX AUTORUM IN NOTIS ad Diplomata & Origines Pomeran. nec non antiquam Pomeranorum Rempublic. allegatorum

Iaco-

Iohan-

## IV.
## INDEX RERUM ET NOMINUM.

modò

Bers

Burg

Ciani

Col-

D.



Dam-

E

I



Jaro-

## M.



Ma-

Star-

Con-

 Re-

## S

Son.

Sun-

Sun-

FINIS.

COLBERGÆ POMERANORUM
Sumptibus Autoris,
Prelo
GEORGII BOTHII, Senatus Typographi
Anno reparatæ Salutis
M DC LXXXIV.

 Re-

Son-

Sun-

VV.



VVa-

Za-

FINIS.

COLBERGÆ POMERANORUM
Sumptibus Autoris,
Prelo
GEORGII BOTHII, Senatus Typographi
Anno reparatæ Salutis
M DC LXXXIV.